

Bibliothèque numérique

medic@

**Hippocrate / Porzio, Lucantonio. In
Hippocratis librum de Veteri Medicina**

Romae : Typis Angeli Bernarbo, 1681.

Cote : 33229

IN
HIPPOCRATIS
LIBRVM
DE VETERI MEDICINA

LVCAE ANTONII PORTII
Neapolitani

PARAPHRASIS

*Extant alia, quae narrantur
fol. 1.*



ROMAE,
Typis Angeli Bernabò 1681.
Superiorum Permissu.





CHRISTINAE
SVECORVM
REGINAE.

Avdaciae forte, si non,
temeritatis,
multi me
insimulabunt, Augus-
tissima Regina, quod
varia hæc, quæ præ-
senti volumine conti-
nentur tibi dicare de-
creyerim. Sed ut hoc
a 2 illis

illis si me spectem, &
meos conatus, non uno
ex capite libentissimè
concedam; & liberè
etiam ipsemet fatear;
ita haud facilè affirma-
bo, quod jure ex hac
causa me possint in-
crepare. Norunt nam-
què omnes quod, quò
majora quæquè tibi
debeantur; eo summa
humanitate, summa
clementia, & animi
tui magnanimitate
humilia nō despicias:
adeò ut inter eos, quos
tuo

tuo nomine protegis;
me quoque volueris
connumeratum. Illud
certè temeritatis esset
si id, quod multò sane
feliciores calami, di-
gnissima nempè om-
nia, quæ de te dici pos-
sunt, recensere conati
sunt; & tandem etsi
clarissimo, & copiosis-
simo dicendi genere
usi ad ea se impares
professi sunt; ipse
~~nunc tentare velim.~~
Nihil post illos jam
superest, nisi ut uni-
ver-

versus terrarum orbis,
qui omnibus futuris
seculis multa virtu-
tum tuarum vestigia
habebit; & ipsamet
tua gesta te prædicent.

Vale

Humillimus Servus

Lucas Antonius Portius.


P Refatio fol.	3
Paraphrasis in librum de veteri medicina fol.	15
Fons Iovis, Fons Solis, Padi fons; alijque similes de qui- bus Plinius cap. 103. f.	114
Epistola ad Illustrissimum, & Reuerendissimum D.D. An- dream de Aquino olim E- piscopum Tricaricen. de incremento, sive genera- tione metallorum fol.	146
Dissertatio Logica fol.	165
Epistola Reuerendissimi Do- mini Urbani Davisij ad Illustrissimum, & Reve- rendissimū D.D. Andream de Aquino de fontium at- que fluminum origine.	183

Im.

Imprimatur,

Si videbitur Reuerendissimo
Patri Magistro Sacri Pa-
latij Apostolici .

I. de Aug. Arch. Vrb. Vices.



Imprimatur,

Fr. Raimundus Capisuccus
Sac. Pal. Apost. Magister
Ord. Præd.

PRAE-

 Vm multa sub Hip-
 pocratis nomine cir-
 cumferantur si in ip-
 sis tùm sententia, tùm di-
 ctio modò robustior, modò
 remissior examinentur; ma-
 nifestum erit vel non esse ea
 omnia ejusdem Autoris o-
 pera; vel si ab eodem ho-
 mine conscripta sunt non
 quidem in eadem aetate;
 vel ex industria aliquem si-
 bi complacuisse varia, &
 nonnunquam repugnantia
 posteris tradere: quod equi-
 dem affirmandum non est de
 ingenuo, pio, atquè bene-
 fico viro; qualis fertur Hip-
 pocrates. Verisimilius mihi
 videtur ea, quæ congesta
 sunt in volumina sub unius

A Hip-

4
Hippocratis nomine non esse unius tantum viri. Quod aperte deducitur ex iis, quæ Svidas habet, plures fuisse ex eodem genere homines, qui Hippocrates dicti sint; quivè omnes medica scripserint: ut facillimum inde fuerit, quæ à multis olim diversisque temporibus conscripta sunt, tanquam si unius fuissent monumenta ad nos devenisse. Galenus verò commentario 1. in lib. de victus ratione in morbis acutis tex. 18. postquam quædam notasset ex libro de victu salubri, qui Hippocrati ascriptus est; hæc verba subiungit: *nam et si liber ille Hippocratis non sit, sed vel Euriphontis, vel Phaontis, vel Philistionis, vel Ari-*

5

Aristonis, vel alterius cuiuspiam ex antiquis (nempe ad multos librum hunc referunt) sanè omnes hi veteres viri sunt; atque ex eis quidam & Hippocrate antiquiores; alij verò tempore ipsius vixerunt. Loquor autem de Hippocrate Heraclide filio, qui librum hunc confecit: nam avus ipsius Gnosidici filius Hippocrates, quorundam iudicio nihil omnino scripsit; aliorum verò sententia duos libros scripsit; unum de fracturis, alterum verò de articulis. Qui duo libelli extant adhuc vsque, & non sunt profectò spernendi. Idem Galenus commentario secundo in librum de natura humana tex. primo dubitans & ipse multa fuisse illi libro adiecta sigil-

A 2 la.

latim, inquit, omnibus hujus
 orationis versibus signum id
 dioscorides ascripsit, quod obe-
 liscum appellant: quo signo
 Aristarchus omnes notabat
 versus, qui apud poetam sibi
 erant suspecti; sic & Dio-
 scorides agebat, quia suspi-
 cabatur partem hanc fuisse
 Hippocratis, qui fuit Thes-
 sali filius. Nam duo hi ma-
 gno Hippocrati fuere filij
 Draco, & Thessalus; ambo-
 que genuere filios nominatos
 Hippocrates. Non est Thes-
 salus hic ille, quem acriter
 reprehendit Galenus lib. pri-
 mo meth. medendi, qui pa-
 riter medicus fuit; sed non
 multum Galeno antiquior.
 Ad Thessalum istum, de quo
 loquimur, extat epistola ma-
 gni Hippocratis; qua Geo-
 me-

7

metriæ, & figurarum, & numerorum scientiam commendat. Atquè huius Thesali honorificè pluries meminit Galenus ut Commen. in lib. 3. de morbis vulgaribus; ubi hæc habet: & quidem in librum secundum, & sextum de morbis vulgaribus interjecta sunt quedam, ut etiam ad finem aphorismorum: cætera omnia libri secundi, & sexti vulgarium morborum sunt Hippocratis magna ex parte in commentariis reperta; partem verò eorum is, qui ea contraxit adjecit, ut ajunt. Erat ille Hippocratis filiorum Clarissimus Thessalus nomine, qui exactè sententiam est patris amulatus. Commentario verò in librum sextum de mor-

A 3 bis

bis vulgaribus multa con-
 queritur Galenus in librum
 irrepsisse, multa fuisse cor-
 rupta ab expositoribus; in-
 ter quos, ait, & Zeuxis Ta-
 rentinus, & Erythraeus He-
 raclides censentur: ante quos
 etiam Bacchius, & Glaucias
 extiterunt; qui cum quid de-
 letum invenissent proprio in-
 genio adjecerunt nulla men-
 tione facta de vitio codicis =
 Sextum verò hunc, quem
 in praesentia habemus in ma-
 nibus, & ante ipsum secun-
 dum librum ex illis, quæ
 sibi ipse Hippocrates college-
 rat Thessalum eius filium
 ajunt constavisse: quin, &
 nonnulli ipsum Thessalum ali-
 quid ex propria sententia ad-
 scripsisse opinantur; nonnulli
 verò post ipsum alios. Præ-
 te-

9

terea Polybi cuiusdam sæ-
pè meminit Galenus, quem
ait fuisse Hippocratis disci-
pulum, & integros libellos
extare, qui sub Hippocratis
nomine leguntur, cum Po-
lybi sint, non Hippocratis.
Nequè prætereundum est
plagiarios, impostores, &
sycophâtas sordidissimos lu-
cri causa multa inferuisse
operibus Hippocratis, &
aliorum etiam autorum:
quo enim tempore, inquit
Galenus commentario 2. in
lib. de natura humana, *At-*
talus & Ptolomæus certatim
inter se de comparandis sibi
libris contendebant; ab his,
qui ex oblati celebriorum vi-
rorum scriptis pecuniam à re-
gibus reportabant, cæpere in-
scriptiones, & digestiones li-

A 4 bro

brorum vitari. Vnde cum
 utrique libri, & qui de natu-
 ra humana est, & qui de sa-
 lubri victu (quem hoc loco
 Polybi esse existimat ipse
 Galenus) essent pusilli : ar-
 bitratus quispiam ob parvita-
 tem neutrum ipsorum multi-
 faciendum, ambos in unum
 contulit : subinde verò alius
 quidam, vel ille idem etiam,
 qui hos primùm in unum re-
 degit, hæc ipsa illis interpo-
 suit, quæ nunc exponenda su-
 scepturi sumus. Ex his qui-
 dem omnibus manifestum
 fit difficile sanè esse distin-
 guere cuiusnam Hippocra-
 tis, aut cuiusnam alterius
 viri sit liber, qui de veteri
 Medicina inscribitur, & in-
 ter Hippocratis libros con-
 numeratur. Verùm enim
 verò

verò cum videam quamplurimis documentis confirmatum Hippocratem quemdam ætate satis provecum Democriti fuisse discipulum, cujus planè in physicis sapientiam Hippocrates sit demiratus; cumque videam librum de veteri Medicina multa continere, quæ maxime consentiant cum Democriti placitis; verissimum existimo librum de veteri Medicina ab eo Hippocrate fuisse conscriptum, qui Democritum audivit. Et profectò ea, quæ docentur tex. i. errare illos, qui hypothecis habent ex calido, frigido, humido, & sicco, vel alio quocunque his similibus cuncta, quæ in homine accidunt fieri; & ea, quæ

A 5 tex.

tex. 6. necessitatem fuisse
 Medicinæ principium; & ea,
 quæ tex. 26, & 27. impossi-
 bile esse, aut dubium impe-
 rare ægroto calidum, aut
 frigidum; & nomina hæc
 hoc est calidum, hoc est fri-
 gidum imposita fuisse ad
 decipiendum potius homi-
 nes, quàm ad aliquid verum
 denotandum, & quæ tex. 29,
 & 30. non ex calido, neque
 ex frigido homines febribus
 corripi; neque in calido, ne-
 que in frigido quærendam
 esse febrium Medicinam; &
 quæ tex. 39. oportere co-
 gnoscere rerum figuras; &
 alia multa quæ hoc libro
 docentur, ipsum Democri-
 tum quammaximè sapiunt,
 & non possunt placitis alio-
 rum philosophorum accom-
 mo-

modari. Cæterum cum multis seculis Democriti philosophandi ratio omiſſa fuerit à Medicis etiam magni nominis, vt à Galeno, & ab eius ſeſtatoribus, liber iſte Hippocratis de Veteri Medicina, etſi veneratus paſſim, & in hominum aliquandò eſtimatione fuerit, tamen veluti iacuit; & quodam modo delituit: nullum enim uſum habebat apud eos, qui calido, & frigido omnia fieri affirmabant. Atque complures alii, qui hoc ipſum negant, quoniam in Democriti philoſophia minùs verſati ſunt, non videntur Hippocratis mentem aſſecuti. Quod quidem me mouit ad paraphraſim hanc conſcribendam; qua mihi videor Hippocra-

tis sententiam servasse ; &
 multa clariùs exposuisse ; &
 quedam passim adjecisse sci-
 tu necessaria desumpta oc-
 casione ex ejusdem Hippo-
 cratis verbis . Atque cen-
 seo hoc paruo Hippocratis
 libello Medicinæ compen-
 dium, & institutionem opti-
 mam comprehendi ; ac ne-
 minem alia via aliisque
 principiis ; quam his , quæ
 ab Hippocrate hic docentur
 in medica disciplina pro-
 fecturum .



IN

IN HIPPOCRATIS

LIBRVM

DE VETERI MEDICINA.

LVCAE ANTONII PORTII
Neapolitani.

PARAPHRASIS.

I.  Vicunque de Medicina dicere, aut scribere aggressi rem in compendium contrahere conati sunt; & à calido, frigido, humido, & sicco; vel ab acido, & falso, aut amaro; aut ab alio, siuè alijs quibuscumque his similibus cuncta; quæ hominibus accidunt fieri supposuerunt; in multis quidem manifestò errasse de-

deprehenduntur : & ab ipsa Medica Disciplina, qua omnes in maximis utuntur quãvè colunt optimi Professores graviter reprehendi possunt ; quoniam illam non parùm dehonestant.

II. Aegrotantium namque corporum Medicina ex iis non est, quæ prorsus varna existunt. Neque æquum est illam facere ijs similem, quæ etiamsi aliquo pacto vera sint ; hypothesi tamen, & fundamento ficto in praxim deducuntur, & explicantur. Siquidem jam non exiguus est inventorum, & observationum in Medicina numerus; & alij Medici tùm manu, tùm mente alijs sunt multò præstantiores. Quod factum non fuisset si Medicina

cina prorsus inanis esset, & ficta indigeret hypothese: sed etiam nunc qui eam profitentur, æqualiter essent ignari, & inexpertum; & fortuna potius atque casu, quàm Medicorum prudentia egrorum res gubernarentur.

III. Sic sæpenumero fit, cum de sublimibus in aere rebus, aut de subterraneis, aut de alijs hujuscemodi agitur, in quibus non est, quo conferantur ea, quæ dicuntur; & non est, quo vera, ac falsa notentur: ac proinde, qui de his loquuntur, æqualiter sunt ignari, & inexpertum; ac si aliquid ab ipsis rectè dicitur, id casu fit, & fortuna; non disciplina! Secus in Medicina, quæ principium habet, quo multa olim

ab

ab

ab antiquis inuenta ritè, & manifesta facta sunt; & multa deinceps invenientur: modo is, qui inquirat idoneus sit, & gnarus eorum, quæ iam sunt comperta; atque ex his similiter eodem principio ad alia perquirenda procedat. Quicunque verò his rejectis, ac reprobatis alia via, aliave forma, ac methodo inquirere conetur, aut conatus sit; & quid invenisse gloriatur, aut fuerit gloriatus, falsus is est, aut fuit; non solum alios, sed etiam sæpe se ipsum decipiens. Impossibile enim est in Medicina alio niti principio diverso ab illo, quo antiquiores vsi sunt: & impossibile est aliis principiis aliquid rectè invenire; aut aliquid

quid concludenter addere
his, quæ ab antiquis sunt in-
venta.

IV. Quas autem ob cau-
sas hoc sit impossibile de-
monstrabo; ac docebo qui-
bus principiis disciplina Me-
dica, quæ jam est, ortum
duxerit; & ut hæc eadem
principia non sint deferen-
da. Mihi verò de his dictu-
rus videtur debere ea dice-
re, quæ vulgò intelligi, &
ab ijs etiam, quorum animus
studijs non fuerit excultus
concipi possint. Enim verò
ipsæmet corporis, animique
affectiones, quibus hic, vel
ille ægrotat, dicendæ nobis;
atque quærendæ sunt.

V. Ac licet indocti, &
rudes, qui in naturæ specu-
latione, atque contempla-
tio.

ctione se se non exercuerunt,
 condiscere haud semper fa-
 cilè possint ipsorummet af-
 fectiones corporum ; & ut
 illæ fiant, ac desinant , & ut
 augeantur, aut minuantur
 haud semper possint ex se se
 promptè cognoscere : attam-
 en si quis adsit , qui hæc
 nouerit ; & vocibus ad pro-
 priam uniuscuiusque intelli-
 gentiam aptis de his loqua-
 tur : & prudenter de his in-
 terroget , non multò sanè
 difficilius indocti homines ,
 quàm docti affectiones pro-
 prias intelligent. Nihil enim
 libentiùs , aut facilius quis-
 que recordatur , quàm quæ
 sibi ipsi accidisse audit . Si
 quis igitur de Medicina lo-
 quatur, & audientium intel-
 ligentiam, atque animos ser-
 mo-

mone non afficiat ; neque ipse etiam veritatis compos erit ; & vana ut plurimum loquetur . Ac nihil proderit , quod omittens affectiones proprias corporum , quas qui patitur intelliget , aliqua hypothesi , quæ captu semper difficilior est , aut fundamento in sermonibus suis fuerit usus . Hypothesi namque neque initium , neque incrementum ullum habuit Medicina : ac nisi homines observassent varias esse sanorum , & ægrotantium corporum affectiones ; pleraque ex iis , quæ sanis corporibus conveniunt , ægrotantibus non convenire ; & pleraque ex iis , quæ cōveniunt ægrotis corporibus , non convenire sanis , nunquam profecto

Et de Medicina cogitassent; & nonnullarum ægritudinum remedia non invenissent.

VI. Necessitas igitur Medicinæ principium fuit. Quæ quidem ab ipsa viventium natura orta est; & ex contactu vario corporum, incursumque in sensum. Ex quibus omnia, quæ fiunt, necessario fiunt: neque aliud ex illis fieri potest. Cum enim ex hac totius naturæ necessitate aliud ex alio fieri olim cognovissent homines; & quamplurimis experimentis edocti fuerint aliud, atque aliud prodesse sanis, ut conserventur; aliud, atque aliud opus esse ægrotis cum ut superstites sint, tum ut integri fiant; de morborum

Me-

Me-

Medicina invenienda, atque
 excolenda cogitarunt: ea
 notantes, quæ ipsis ægrotan-
 tibus convenientiora vidif-
 sent; & alia, atque alia
 insuper experiundo, atque
 notando. Quin etiam rem
 altius expendens penses
 ea, quibus nunc homines
 in sanitate maximè utun-
 tur; vel ut ab æstu, vel
 ut à frigoribus sese defen-
 dant; & ut vitam meliùs
 degant, aliis cibis, poti-
 busquè vitatis, aliis admis-
 sis, hæc eadem naturæ ne-
 cessitate olim fuisse inven-
 ta. Natura etenim necessi-
 tatem, & sensum, sive ex-
 periundi multiplicem facul-
 tatem indidit tum homini,
 tum brutis; qua meliora,
 & convenientiora propriæ
 vniuf-

uniuscujusquē naturæ nota-
re possent. Hinc fit ut bos
etiam, aut canis superstes
ab injuriis ex multiplici cor-
porum incurfu, quibus dam-
nascitur est obnoxius; po-
steà recordatus eorum, quæ
observavit, fit callidior, &
melius se defendat à lu-
pis; aut antra specusquē
quærat intempestatum cœli
munimenta; aut quercus
folia omittat, si gramine
luxurient prata. Id autem
rectius fit ab hominibus:
qui præterea animadverte-
runt pleraquē ex aliquo ca-
pite ingrata opem in non
paucis morbis attulisse; &
quædam non ingrata, & sæ-
pe etiam jucunda enecasse:
quod fortè non fit à brutis,
aut certè minùs exactè.

Quam.

Quamobrem non solum æ-
 gritudinum Medicinam; sed
 ipsam quoque sanorum cor-
 porum dietam, & alimo-
 niam; ipsam vivendi ratio-
 nem, qua nunc utimur, non
 quidem hypothefi aliqua,
 sed multiplici usu adinve-
 nisse homines existimo. Qui
 neque hæc quæfivissent, aut
 invenissent, si ipsis suffecis-
 set idem cibus, & potus, qui
 bovi, aut equo, aut pecudi;
 quibus sat est fœnum ex
 quo nutriuntur, & augefcût,
 & illæfi manent; alia fortas-
 sis non indigentes dieta, qua
 melius vivant. Vfus autem
 ubi non visibilibus machi-
 namentis, sed cœcis corpo-
 ribus res geruntur, quid na-
 turæ ferat necessitas in uno-
 quoque casu edocet.

Ac

VII. Ac simili quidem victu, potuque, aut prorsus eodem ab initio homines, & bruta animalia usos fuisse puto; & ea, quibus nunc vescimur multa arte excogitata fuisse, & inventa post multumtempus, & post multarum rerum experientiam. Cum olim vidissent homines pecus hyeme facilius ferre aëris inclementias, atque minus lædi à rubis; quærentes etiam sibi ab his tutamen, imitati pecoris naturæ necessitatem; qua ob oppositam aëri vel duriorrem, vel villosam pellem minus læduntur, detraxerunt pellem pecori; qua postea induti sunt: atque id bellè ipsis, & secundum vota successit. At cum vidissent

fent multa, & gravia ipsis fieri à ferino victu, & ab iis, quæ humanam naturam maximè alterare valerent; ac cognovissent non eadem sequi commoda ab iis, quæ facile in nostri corporis substantiam abirent; atquæ ab iis, quibus autè difficulter nutrimur, aut omnino non nutrimur, paulatim desciverunt à ferarum victu; & nunc hoc, nunc illud aliud vitantes; hoc, vel illud aliud experiundo, sive naturæ usi necessitate quærentes hanc vivendi rationem, atquæ dietam, qua nunc utimur, adinvenere: & minùs obnoxii facti sunt quamplurimis doloribus, & morbis; quibus olim dùm ferino victu uterentur, affligebantur;

B

tur;

tur; & nunc etiam sæpè sapius infestarentur, si his dimissis, quibus utimur, ferino antiquorum patrum victu vescerentur.

Verisimile autem est tunc minùs perpeſſos homines à fortioribus eduliis, potibusquè propter consuetudinem; plurimos tamen debiliori natura præditos periisse; atque eos, qui victum illum magis superare potuerunt, longiori tempore durasse, & superuisse: quemadmodum etiam nunc ab iisdem, quæ humano corpori applicari possunt, tum propter varias consuetudines, quæ paulatim aliam inducunt naturam, tum propter varias corporum habitudines, alios magis, alios minùs affici obfer-

servamus; alios facilius à
gravioribus liberari; alios
non nisi cum multis dolori-
bus, ac malis; alios omni-
nò extingvi.

VIII. Homines, inquam,
naturæ edocti necessitate ex
tritico macerato, & à corti-
ce purgato, molitoque,
aquisque, in quibus fer-
mentum sit dissolutum, per-
mixto, postmodum subacto,
fermentato, & assato panem
fecerunt; ex hordeo verò
mazam: quoniam viderunt
crudum triticum, & hor-
deum quale ex campis col-
ligitur, licet non grave avi-
culis, & equo, gravia esse
homini. Alia ex aliis coxe-
runt, & miscuerunt; fer-
mentationeque apta aliter,
atque aliter pararunt. For-

B 2 tia,

tia, & intemperata, quæ hominem nimis alterarent, aut difficulter in nostram substantiam abirent, & propterea morbos crearent, debilioribus temperarunt; & quæ minùs ex se se apta essent ad vitam conservandam, ac benè gerendam, multiplici usu aliud addentes, aliud detrahentes secundum hominis naturam, ac vires effinxerunt.

Quibus quidem inventis non video quodnam justius, ac magis conveniens nomen dari possit, quàm Medicinæ ! quandoquidem ad hominis sanitatem, alimentumque ; ut magis sanus, morbis, doloribus, & languoribus minùs esset homo obnoxius, sunt inventa ; in-

per-

permutationem ferini illius
victus, ex quo dolores, &
morbi frequentiores erant.

IX. At si quis neget
convenire aliquem his, quæ
ad sanorum dietam perti-
nent, Medicum appellari;
nihil fortè absurdi erit: Si-
cuti absurdum non est dice-
re inter eos, qui oculos ha-
bent neminem habere vi-
dendi artem; quoniam si
objecta adsint visibilia se-
cundum uniuscujusquè pro-
prios oculos, modò illos
adapertos habere velint,
omnes necessitate quadam
naturæ sunt videntes: & in-
ter eos, qui vulgariter lo-
quuntur, nemo dicitur lo-
quendi artem habere; quo-
niam consuetudine eorum
qui loquuntur, omnes ne-

B 3 cef-

cessitate veluti quadam naturæ loquimur.

Sed ut hoc ipsum loqui magnum quoddam est; ita inventum ipsum panis, vini, aliorumquæ similium, quæ ad sanorum dietam pertinent, & magnum, & multæ artis, & considerationis existit. Quæ licet principio omnibus hominibus communi; hoc est necessitate quadam naturæ sensum habentis, sint inventa; si quis tamen ea, quæ huc usque comperta sunt non ignoret, & alia insuper eadem via investiget: nec ea tantum, quæ sibi integro contingunt, advertat; sed quæ aliis sanis hominibus accidunt, observet, atque notet; non immerito hic artis

tis reparandarum, & conser-
vandarum virium, & hujus
partis totius Medicinæ ar-
tífex peritus dicetur.

X. Sed nos de ea disci-
plina edisseramus, quæ ab
omnibus absquè hæsitatio-
ne Medicina appellatur: de
ea scilicet, quæ propter æ-
grotos inventa est; & con-
sideremus àn re vera sit, &
professores habeat; qui ip-
sius præcepta servare de-
beant in ægritudinibus; &
unde initium sumpserit.

Mihi equidem velut in
principio dixi, nemo nè quæ-
sivisse quidem Medicinam
videtur, si idem victus & æ-
grotis, & sanis convenisset;
& nihil interfuisset aliam
instituire ægrotis, àc sanis
dietam. Hinc fit ut barba-

B 4 ræ

ræ quædam gentes, quæ id
 huc usquè non animadver-
 terunt eodem, ut fertur,
 nunc etiam modo, quo fa-
 ni victitent ad voluptatē;
 & à nulla re, quam concu-
 piscant in morbis abstineāt;
 neque quicquam devitent.
 Nèc ea profectò omnia, quæ
 à nobis cognoscuntur, ab
 uno aliquo primùm inventa
 sunt; sed aliud post aliud à
 plerisque. Ipsi etenim Pa-
 tres, ex quibus Ego ortum
 duco, Trojani tempore bel-
 li, in quo Duces fuerunt,
 non quidem in pestilentia;
 neque in variis generibus
 morborum opem aliquam
 commilitonibus suis attule-
 runt; sed vulneribus tan-
 tummodò ferro, & medica-
 mentis mederi soliti fue-
 runt;

runt; quoniam licet tunc
 comperta essent multa, quæ
 vulneratis convenirent; quæ
 tamen in aliis morbis po-
 tiora essent, ignorabantur.
 Cœterum qui alicujus mor-
 bi Medicinam quæsierunt,
 & invenerunt eandem cum
 illis sententiam habuerunt,
 qui relicto ferino victu ipsis
 etiam sanis gravi, alium in-
 stituerunt: de quibus supe-
 riori sermone dictum est.
 Videlicet sicuti illi quæsie-
 runt victum naturæ humanæ
 magis convenientem, dum
 homo sanus esset; sic hi eo-
 dem principio desumpto ex
 naturæ vniuersæ necessitate
 quæsierunt cibum ægrotis
 aptum. Et primum ex his
 ipsis cibis, quibus sani ute-
 bantur, copiam detraxerunt,

B 5 (quod

(quod sæpe ex ipsius ægro-
tantis natura fit, cum parùm
homines, & canes etiam non-
nullis in morbis appetant)
& ex multis cibis paucos
elegerunt ; qui scilicet ad
servandos hos , uel illos æ-
grotantes magis essent ido-
nei .

XI. At hæc detractio ex
quantitate solidiorum cibo-
rum sufficiebat quidem non-
nullis ægrotis , sed non om-
nibus ; erant enim quidam
itâ malè habentes, ut neque
modicos cibos solidiores su-
perare possent . Imbecillio-
re sanè quopiam victu tales
indigere visi sunt ; sorbitio-
nes proinde inventæ sunt ; &
pauca ex fortibus atquè so-
lidioribus sumpta sunt ; ad-
ditaque non exigua aquæ
quan-

quātitate, robur ipsum temperatura, & coctura detractum est.

XII. Quod si quos viderunt, qui neque sorbitiones superare possent, has quoque detraxerunt; & ad potiones moderatas, quæ neque copia excederent, neque meraciores essent, pervenerunt. Probè autem nosse oportet quibus in morbis sorbitiones non conducunt; non rarò namque quibusdam exacerbantur mala; & manifestum fit sorbitiones, aut aliquid durius assumptum morbo quidem incrementum, & alimentum præstitisse; corpori verò ægrotanti tabem, & infirmitatem majorem; quin etiam sæpe ea, quæ conveniunt,

B 6 ne-

nequè omni tempore, neque
in quacunque diei hora
cum operæ pretio exhiben-
tur.

XIII. Et in his qui-
dem morbis, quos nunc in-
nuo, si quis sicco cibo, aut
maza, aut pane utatur etiam
modicè; decuplo magis, ac
manifestius lædetur, quàm
si sorbitione tantum esset
usus. Sorbitio enim etsi &
ipsa quoque his sæpè sit in-
conveniens; multò magis ta-
men inconveniens est siccus
cibus, aut maza, aut panis,
maximè intempestivè, & ho-
ra incongrua exhibitus. Id-
què ob nullam aliam cau-
sam, nisi quia sanum corpus
non est idem, ac ægrotans;
neque semper est morbus
morbo similis; neque tem-
po-

pora ejusdem morbi sunt similia. Atque ideo non est eadē ratio hujus cibi ad sanum corpus; ac ejusdem cibi ad corpus ægrotans: ut nequē hujus edulii, sive sorbitionis, aut potionis, aut aeris ad hoc corpus ægrotans, & hoc morbi tempore; ac ejusdem edulii, sive sorbitionis, aut potionis, aut aeris, aut alterius cujuscunque rei, ad aliud corpus dissimili morbo ægrotans. Vnde quod quis in his magis erret, eò magis lædatur homo necessum est. His potissimum ægrotant homines; ac si ægrotent, in his potissimum si delinquant, pejùs se habent.

Quid igitur aliud cogitasse videri queat hic ap-
pel.

pellatus Medicus, & confes-
sus artifex, qui ægrorum
dietam, à victum, & alia
multa, quæ convenirent,
adinvenit, quàm ille, qui ab
initio omnibus ferè homini-
bus victum, quo nunc uti-
mur ex agresti illo, à feri-
no reperit, àc subornavit!
aut quo alio novo princi-
pio, àc fundamento hic usus
est, ut ægrorum dietam in-
veniret; quàm hic, qui fa-
norum reperit dietam fuerit
usus! Mihi equidem vide-
tur idem modus, idem prin-
cipium, atque via; & unum
quoddam, aut saltem simile
esse inventum. Et licèt in-
dicio sumpto à juvantibus,
& lædentibus hæc Medici-
næ species, quæ ægrorum
dietam invenit multiplicior;
&

& variegatior sanè sit, ac multò maioris negotii; ab illa tamen, quæ sanorū dietam invenit aliquo pacto dependet; aut idem prorsus fuit utriusque principium.

XIV. Accidit autem quibusdam in morbis, vel certis temporibus nonnullorum morborum plus lædi ægrotantes ab iis cibis, quibus sani innoxie uti solent: ut est panis, & maza; quàm sani lædantur, aut periclitentur ab ervo, & hordeo crudo, aliisque similibus, quibus bovum, & equorum necessitati satisfacit.

XV. Neque verum est, quod nonnulli putant, fortiora, & quæ corpus sive sanum, sive infirmum magis al-

te.

terare possunt, aut difficilius à viventium viribus transmutatur simpliciter nocere; & ea, quæ debiliora sunt, & intus assumpta facile mutantur, simpliciter propterea prodesse; aut nutriendo, aut aliter opem ferendo sive sanis, sive ægris corporibus. Si quidē, si ita se res haberet, facillimum omnino esset necessitati tum sanorum, tum ægrotantium providere: ea scilicet, quæ debiliora, & minoris energiae essent, eligendo; & aliquid de securo, atque mediocri victu detrahendo; ut demum is sive sanis, sive ægris tutissimus esset. Sed res aliter nimis se habet: & sive modum, sive rerum substantiam spectes nulla prorsus

sus excepta, quod huic juvat; sæpè alteri nocet: quæ-
vè huic ægrotanti profunt,
postea huic eidem, quoniam
is mutatus est, nocebunt.
Præterea fortiora, & fames,
& sitis; ut etiam repletio,
& evacuatio; aut quid aliud
his simile magnam poten-
tiam in naturâ hominis ha-
bent nunc sanandi, nunc de-
bilitandi, nunc occidendi.
Quapropter multò sanè est,
uti dixi, hæc disciplina, quæ
ægrotos respicit, variega-
tior, & multò majorem dili-
gentiam requirit; quàm il-
la, quæ sanorum victum
quærit: atquè ideò modum,
rationemquè conjectare o-
portet, qua certus hic ægro-
tus sit habendus.

XVI. Verùm enim ve-
rò

rò in his omnibus, quæ ad
 artem sunt necessaria nequè
 certioremodum, rationemque;
 nequè magis exactum pondus;
 nequè numerum, aut mensuram, aut nor-
 mam aliquam, ad quam re-
 feras reperies unquam: qua-
 cunque tandem methodo
 utaris, quam corporis sen-
 sum. Difficile autem, &
 operosum nimis, exactè adeò,
 quæ unicuiquè convenient
 condiscere; ut parum in al-
 terutram partem delinquas:
 quanquam Ego cum etiam
 Medicum maximè lauda-
 rim, qui parum delinquat;
 certitudinem enim prorsus
 exactam rarò videre contin-
 git; nequè quicquam repe-
 riri licèt, adeò perfectum,
 ut nihil in eo desiderare
 possis.

At

XVII. At quidam Medici similes sunt iis, qui imprudenter, sine arte, & casu, fortunaque naves gubernant. Hi cum mare est tranquillum, & nulli vehementiores aëra turbant venti; & cum nullus adest proximus navi scopulus, longèquè remotæ sunt syrtes, etiam si non leviter in munere peccent; haud tamen multum nocent; nequè tunc ex eorum erroribus sequitur facile naufragium. Sed si mediocris, aut fortè magnus ipsos deprehenderit ventus; aut tempestas navem adoriatur, tunc propter imperitiam ignorantes, quæ facienda, quæ præcavenda, sint facile sibi ipsis, ac navi naufragium parant. Sic fanè

nè etiam imperiti quamplurimi Medicorum cum tractant homines nihil quod occidere possit patientes, in quos si quis etiam non parum delinquat, nihil grave faciat (sunt autem multi tales morbi, & multò sæpiùs, quàm graves hominibus accidunt) etsi in multis errent; aliquandò tamen parum, & vix quod notari possit, nocent. Vbi verò obtigerit magnus, fortis, & periculosus morbus, tunc ipsorum imperitiæ delicta hæud levia afferunt incommoda. Enim verò nonnunquam is, qui facile servari potuisset, propter remedii ignorationem habendiquè modum orco demittitur: ac sunt non pauci morbi, in quibus si

311

ap-

aptum remedium non afferas, & res ritè non administrentur; ægrotantes pereant; at ubi afferas citò serventur.

XVIII. Quod autem non minores afflictiones ab intempestiva evacuatione, quàm à repletione; ut etiam à motu, aut quiete; & à plerisque aliis contrariis hominibus contingant; probè quidem discemus, si in sanis rem istam expendamus: nam non solùm ægrum corpus, sed etiam sanum mutatur, & alteratur diuersimodè à vario rerum omnium usu; & varia est illius diversis tamen temporibus necessitas.

Quod, ut fiat manifestum, omittamus primùm eos homi-

mi-

mines, qui ob voluptatem,
 aut ob aliam aliquam mi-
 nus probabilem rationem,
 non propter utilitatem pran-
 dent, aut coenant, aut utrū-
 que faciunt; & considere-
 mus esse quædam corpora,
 quorum naturæ necessitas
 exigit, ut si benè vivere ve-
 lint, semel tantum in die
 cibum capiant: idquæ aliis
 hominibus fieri debet coe-
 nantibus tantum, aliis pran-
 dentibus tantum. Sunt alia
 corpora, quorum necessitas
 jubet, si benè vivere velint,
 bis in die cibum sumant;
 coenant scilicet, & pradeant
 singulis diebus; aut sunt
 etiam, quibus pluries opus
 est in unoquoque die cibo-
 rum, & potionum usus.

XIX. Ex his autem, ille,
 qui

qui satis integer erat, necessitatem tamen quæ jubebat coenam tantum non servavit, & pransus est; facile fit corpore gravis, & segnis; mente piger, & somniculosus; oscitatione, siti, aliisque fortè malis infestabitur. Huic, si postea insuper coenat, alia mala facile contingent, ut flatus, tormina, vertigines, vomitus, laxior alvus, atque similia obmutatâ ab inutili prandio corporis sui necessitatem; quam aliquando etiam dicere possis dispositionem, propter quam aliquid aliud, quod non fuisset factum, necessario fit. Itèm si quis prandere debeat, & huic non serviat necessitati, mox ubi prandii tempus præterierit,

fa-

facile fit corpore impotens ,
 animo delinquens , oculis
 languidulis, pallidus, & ca-
 ligans ; urina illi erit cras-
 sior , & mordacior ; os ama-
 rum , & grave olens ; visce-
 ra pendere ipsi videbuntur ,
 & contorqueri ; ac membra
 tremore corripientur : his
 sæpè vertigines, iracundiæ,
 & tristitiæ adjunguntur .
 Quæ quidem fiunt ob omis-
 sum utile prandium spe cœ-
 næ ; quam cōsequuntur noc-
 te insomnia tumultuosa , &
 conturbata ; & agrè dor-
 miunt . Sequenti die non fit
 ipsis hora solita prandendi
 consueta necessitas : idquè
 ob errores præcedentis diei ;
 qui nisi corrigantur alia ma-
 la adueniunt .

XX. Et hæc quidem
 ple-

plerisque sunt graviorum morborum initia. Aliis quidem quoniam non expectaverunt tempus justum sive prandii, sive coenae, & novos cibos ingesserunt prioribus ferventibus adhuc in fermentationibus; & quantum opus erat non consumptis, aut transmutatis; vel cum venter non esset evacuatus, & non quievisset à priori cibo. Aliis morbi fiunt propter abstinentioniam post elapsam jam prandii, aut coenae tempus; quoniam consumptis prioribus cibis non habet corpus alimenti fructuionem; & id, quo assumptus cibus paratur in aptum alimentum non habet materiam, in quam suas exercent vires: quapropter necessita-

C

te

te quadam ipsam hominis naturam afficit. Aliis autem aliter fit ob alias necessitates, siue ob alium, atque alium causarum necessitate quadam agentium concursum, & complicationem. Quæ tam varia sunt, ut etiam si inutiliter repletis abstinentia plerumque remedium sit; expediat tamen non raro novum sumere cibum priori adhuc non consumpto: vel ut ventriculus evacuatione indigens, quò plura ingessit, eò facilius postea evacuetur; vel ut id, quod in ipso mordax nimis jam factum est, contemperetur; vel ob alias causas. Sic aliquando operæ pretium non erit replere corpora ex nimia inanitione laborantia; vel quia

quia deest id, quo ea, quæ
sumuntur parentur, & appo-
ni possint; vel ob alias cau-
sas, sive naturæ necessita-
tes.

XXI. Est tamen rebus
in omnibus latitudo quædā,
quam si non transgrediare,
nihil magnum, aut notabile
facias sive boni, sive mali:
unde nequaquam ex quovis
errore omnis homo statim,
aut graviter ægrotat. Illi
cui saltu, vel cursu corpus
est nimis agitatū, levis hau-
stus egelidæ, aut nihil, aut
vix sensibiliter nocebit. Cor-
pora, quæ præ nivibus quā
maximè diriguerunt, igni
proxima citò protinùs cor-
rumpuntur: hæc eadem ab
igne remotiori non solū
non læduntur, verū etiam

C 2 fre-

frequentè restituntur . Is qui solitus est nudo capite incedere, haud statim ægrotat, si cooperiatur brevi tempore ; & è converso : ut nequè facillè ægrotabit, qui ex eo, quod noxium est, minùs accipiat quàm quo lædi possit : maximè si alia non concurrant .

Eas autem naturas , quæ facillè non ex levissima, sed ex levi causa malè habent , imbecilliores appello ; quæ etiam aliquandò facillè mobiles, & alterabiles dici possunt ; & nonnunquam aliis nominibus congruentè appellantur . Sanis autem imbecilliores , & faciliùs mobiles , & alterabiles sunt ægrotantes ; qui si ex ea parte peccent ex qua ægrotant ;
mul-

multò sanè graviùs læduntur, quàm quilibet imbecillis, aut malè robustus homo, si ex illa eadem parte ex qua imbecillis est, peccet: scilicèt ex errore faciliùs movetur æger, quàm imbecillis homo, sanus tamen; quæve ad movendum hunc est levis, & impotens causa; ad movendum illum est gravis, & potens nimis.

Ex his autè omnibus manifestum fit, difficile sanè in morbis esse, rectissimū semper assequi. Sed non propterea debemus veterem disciplinam damnare, tanquam non existentem; aut non probè investigatam; vel quoniam non habeat circà omnia exactā certitudinem. Quin imò quoniam Medici-

C 3 na

na in plerisque recto propinqua est ; ac si prudentiores Professores eadem utantur via, qua veteres sunt usi ; ad ipsum rectum perveniri possit ; admirari oportere censeo ea, quæ ex multa rerum omnium ignoratione sunt eruta ! Prudens autem Medicus cum multa necessario semper fiant in ægro corpore, & circa ægrum corpus etiam nullo iubente ; sapere non expectabit magnas mutationes, ut quid faciendum sit determinet : sed frequentissime à levioribus quibuscunque sive juvantibus, sive nocentibus indicia eorum, quæ conveniunt sumet ; & non sinet præterire occasionem rei bene gerendæ .

XXII. Sed redeamus ad

cos

eos Medicos, quibus ex hypo-
 thesi omnia sunt plana :
 quivè veterem viam descen-
 dentes ad malè confectam
 hypothese omnia deducunt.
 Si calidum, aut frigidum ;
 siccum, aut humidum ; aci-
 dum, aut amarum ; album,
 aut nigrum, aut aliud quod-
 cunque his simile est, quod
 hominem lædit ; & oporteat
 rectè medentem auxiliari ca-
 lido quidem in frigidū per-
 mutato ; frigido autem in
 calidum ; & sic similiter di-
 cant in quacunque simili
 inani hypothesi : contingat
 mihi homo non fortis natu-
 ræ, qui triticum edat, quod
 ex area sustulit non elabo-
 ratum, & carnes crudas ; &
 bibat aquam . Hoc victu
 utens satis scio ; quod mul-

ta, & gravia patietur : nàm
 flatibus turgescet; doloribus
 vexabitur; & ejus corpus de-
 bile evadet; & venter cor-
 rumpetur; & multò tempo-
 re vivere non poterit. Quod
 igitur auxilium preparare
 oportet sic habenti calidum,
 àn frigidum; ficcum, àn ve-
 rò humidum, vel acidum,
 vel album, vel nigrum?
 Simplex enim est, quodcun-
 què ex istis: & ex his factæ
 hypotheses similes prorsùs
 mihi videntur, non quidem
 ad inveniendum, sed ad va-
 nas contentiones vix aptæ.
 Si unum ex his est quod ho-
 minem lædit; contrario sol-
 vere oportet, àc liberare;
 quemadmodum eorum ser-
 mo testatur! Atqui certis-
 simum, & manifestissimum
 me-

medicamentum est; victum,
quo usus est, auferre; & prò
tritico panem dare; prò cru-
dis verò carnibus coctas; in-
superque vinum propinare.
His permutatis impossibile
est non fieri sanum; nisi pe-
nitùs fuerit homo tempore,
à victu corruptus. Quid
itaque dicemus? nùm quòd
ipsi à frigido afflicto calida;
hæc oblata auxilium tuler-
runt; aut contra! Equidem
opinor me multam hæsitati-
onem interrogato præbi-
turum: modo is sit ingenuus,
à benè morigeratus, & con-
tentionum contemptor.

XXIII. Nàm qui panem
ex tritico paravit calidum,
aut frigidum non quæsit,
nequè quicquam aliud ex
iis, quæ non pertinent ad

C 5 pa-

panis substantiam . Refert autem sit nè panis cui nihil furfurum decessit , nec ne ? & ex tritico decorticato, aut non decorticato ; aliisque feminibus permixto, aut puro ; in subtilissimum pulverem redacto, aut leviter contuso ? Refert multa nè fuerit aqua subactus , aut contra ; magis , minùs fermentatus ; satis coctus , aut crudior fuerit ? Et hæc quidem atque similia sunt considerata in pane , quæ re vera ad ipsius naturam , & substantiam pertinent . At qui hæc non considerat, quomodo affectiones , quæ in homine ex pane fiunt cognoscere poterit ! ab vnoquoque enim istorum , similiumque ad rerum substantiam pertinent-

nentium afficitur , & alteratur homo vel hoc , vel alio modo : & ex his omnis vita , & sano , & ex morbo convalescenti , & ægroto .

XXIV. Nihil igitur utiliùs , neque magis necessarium , quàm rerum proprias affectiones cognovisse ; quævè sint illarum in corpus humanum vires ; & è converso , quæ sint corporis humani , partiumquè ejus in res alias vires ; quævè fiant ex concursu maturo corporum . Et profectò primi Medicinæ inventores multiplici rerum usu , via scilicèt , quam nobis natura tradidit , hæc , quantum tunc licuit , investigantes admirati tùm difficultatem rei , tùm vtilitatem judicaverunt artem dignam ,

C 6 quæ

quæ Deo ascriberetur ; quæ
 admodum recepimus ! Iili
 autem nequè quod ficcum
 simpliciter dicitur , aut hu-
 midum ; nequè quod calidū,
 aut frigidum ; aut aliud his
 simile putaverunt hominem
 lædere : nequè in his quæ-
 rendis anxia cura opus esse
 existimaverunt . Nàm fortè
 de his similiter credebant ,
 ac de gladio ; qui non ene-
 cat, quia dolorem affert ; sed
 quia vivendis organa dila-
 cerat : quin imò quia partem
 aliquam dilacerat dolorem
 affert . Nec si quando juvat
 gladius , ideò iuvat , quia
 dolores excitat ; sed quia
 sinus aperit, in quibus sanies
 continebatur . Præterea dor-
 mientes tùm iuari, tùm pe-
 riri possunt ferro , vel igne
 abs.

abq; villo aut dolore, aut calore. Ridiculus autem est, qui dixerit finè doloris quidem perceptione, sed non finè dolore ferro nos iuvare, vel lædi posse. Verùm enim verò quod in unoquoque fortè est, & humana natura potentiùs; quodvè non solum omninò superari non possit, sed quod plus minusvè superet naturam, hoc ipsum lædere sæpenumerò duxerunt; & hoc ut plurimum auferre quæfiverunt. Fortissimū autem est, quod aliud maximè immutat: ut sunt ea, quibus liquida concretescunt; concreta liquefcunt; conjuncta, disjunguntur; disjuncta conglutinantur; clausa aperiuntur; aperta clauduntur; & alia infinita:

&

& inter hæc connumerari possunt ea quæ dicuntur calidissima, frigidissima, dulcissima, amarissima, acidissima, & alia; quoniam hæc quidem, quæ vehementes excitare possunt sensationes (nam nulla alia ratione sic dicuntur) possunt etiam, aut corporea hominis organa vehementer movere, aut viventium partium motus si qui erant sistere; ex quibus vel coagulatio, vel liquatio, vel disruptio, vel trituration, aut quid aliud simile fiat in organis, siue in hominis partibus corporeis. Quorum quidem omnium causæ sæpè in ipso homine omnino reperiuntur; neq; semper opus est, ut extrinsecus occasiones, siue extrinsecæ causæ

ad-

adveniant, ut aliquid fiat in nobis, sive boni, sive mali. Si quidem vel ea, quæ corpori insunt permutari possunt; ut aliud, atque aliud ex illis iisdem postea fiat; vel quæ permixta sunt, & altera alteris refracta, ut propterea temperata dici mereantur discerni, & separari possunt; ut unumquodque, aut alterum ex illis intemperatum postea sit, & hominem lædat. Atque ideò non absurdè quandoque dicitur, inesse homini non solum calidum, & frigidum, amarum, & falsum, dulce, & acidum, & acerbum; sed etiam alia infinita incidentia, coagulantia, liquantia, & alia aliis vocibus denotata: quibus scilicet omnigenæ potent.

tentia, & facultates rerum
 exprimi possint. Quod idem
 est, ac si dicerem affectiones
 quasunque : partium nem-
 pè dilatationes, constrictiones,
 dilacerationes, rarefactiones,
 cōdensationes, coagulationes,
 liquationes, & alia infinita fieri posse in
 homine ab iis, quæ homini
 insunt.

XXV. Sic similiter pleraque sunt extra hominem
 efficacissima, quæ cum aliis
 confusa conspicua non sunt;
 secreta verò ab aliis manifesta
 fiunt, & hominem sæpè
 lædere possunt. Ignis ipse
 rarissimè aliis perspersus
 substantiis nihil magni, aut
 violenti producit; estque
 idcirco occultus, siuè temperatus : quod si quis partes
 il-

illas dispersas iterum congreget, intemperatum quid illarum aggregatum, & excedens erit. Cibi, qui nobis inutiles sunt, aut ingesti hominem graviter afficiunt, sunt nobis intemperati, & aliquid habent ad nos forte, & excedens: quod quidem cum non raro sensum vehementer excitet, dicuntur proinde illi aut amari, aut acidi, aut alii desumpto nomine à sensatione magis conspicua, qua ab illis afficimur. Turbamur ab his quemadmodum etiam ab illis, quæ in ipso corpore fiunt potentiam magnam habentia sine manifesta extrinseca causa; quorum pleraque frequenter excernuntur, & oculis subiiciuntur; fitque eorum

rum vis plurimis signis manifesta . Secus quæ edit, & bibit homo sine noxa nihil habent quod ad nos, & nostram naturam dici possit, vel dissidens, vel excedens, vel aliud quid simile : ut sunt panis, & maza ; quibus assuetus est homo plurimis, & semper uti . Id tamen, panis, & maza aliisque similibus cibis dandum est, dum homo bene valet; nam ægrotanti sæpè non conveniunt ea ipsa, quæ sano apta erant; eique non rarò opere pretium est adhibere ea, quæ fortissima, & efficacissima dicuntur : quæ sano non conveniunt.

XXVI. Cæterum ego non video quemadmodum curaturi sint homines illi, qui

qui rejecta vereri antiquorum via Medicinam ad scopum, sive ad hypothesim aliquam ab ipsis excogitam abducunt. Enim verò non est ipsis, velut Ego opinor, inventum quid in se ipso calidum, aut frigidum, aut siccum, aut humidum; quod simpliciter tale sit; & ideo homini opem afferat, vel lædat illum! Quin imò hæc, quæ nos habemus si calida dici quandòque merentur, quia calefacere possunt; similiter dici possunt frigida, quia aliquando refrigerare possunt: Et dulce dici potest amarum, vel acidum. Neque equidem arbitror alios esse ipsis cibos, aut potus! Illi tamen apponunt huic cibo, quod sit

ca.

calidus; huic quod sit frigidus; huic, quod sit acidus, aut falsus, aut albus, aut niger!

XXVII. Id autem fit, quoniam impossibile est, aut saltem dubium imperare ægroto calidum quid assumere; statim enim interrogabit, quid sit illud? ut nugas producere necessum sit, & inanes fabulas; aut aliquid ostendere eorum, quæ applicantur sive intus sive extra: panem scilicet, aut caseum, aut lactucam, aut aliud.

At cum eorum, quæ calida ab ipsis dicuntur, aliud sit rarum; aliud densum; aliud fluidum; aliud non fluidum; aliud asperum; aliud leve; aliud, quod facile

cile ab his, quæ in corpore
 insunt, solvatur; aliud quod
 minime solvi possit; aliud
 quod his permixtum ebulli-
 tiones faciat, vel è contra;
 aliud quod hæc liquida
 coagulet; aliud quod hæc
 coagulata in liquorem ver-
 tat; cumque sexcenta alia
 opposita notari possint in
 iis, quæ calida appellantur;
 ut etiam in iis, quæ dicun-
 tur acida, vel amara, quod
 nam erit hoc calidum, quod
 Medici præcipient sive vi-
 tandum, sive sumendum? si
 quidem eorum, quæ ab ip-
 sis calida dicuntur, non sunt
 eadem vires; & sæpe ab
 hoc ipsorum calido fit op-
 positum ejus, quod fit ab
 hoc alio ipsorum calido: id-
 que non solum in homine
 sed

sed etiam in corio, ac ligno,
 & aliis multis rebus, quæ
 magis stupidum sensum ha-
 bent, quàm homo! Et equi-
 dem caliditatem, & frigidi-
 tatem, quam nuncupant Me-
 dici, omnium facultatum,
 minimè potentes esse in cor-
 pore existimo; adeoût sæpif-
 simè nihil prorsus referat
 eorum, quæ calida, àn eo-
 rum quæ frigida dicuntur,
 sit id, quod assumitur.

XXVIII. Neq; calidum
 est tam remotum à frigido,
 quàm multi existimant; ne-
 què acidum est nimis remo-
 tum ab amaro, vel à dulci:
 hoc est illud idem, quod ca-
 lidi sensum producit, paucis
 mutatis potest producere
 sensum frigidi. Quod ex eo
 constat, quod sæpissimè ho-
 mo

mo nullo auxilio, & nulla indigens præparatione extrinseca ex se se mòx fit frigidus, mòx fit calidus in sensu; sivè brevi tempore ex iis quæ in ipsomet fiunt frigidi, & calidi perceptiones habet. Neque quod huic homini, vel quàm plurimis hominibus calidum, aut viride, aut amarum esse dicitur; similiter & cani viride esse, vel amarum dicendum est; cum neque, & eadem homini hoc semper viride, & hoc semper amarum fit.

XXIX. Item si quis fanus hyeme corpus perfrigeret, aut frigida lotionem, aut alio quopiam modo, quantò id magis fecerit, tantò magis, & amplius postea ubi

ubi vestimenta acceperit, & sub tegmen venerit incallescet: dummodò non fuerit priùs à frigida perfusione omninò congelatus; tunc enim ut nullum percipit frigus; ita nullum neque ex sese, neque etiam admotis ignibus percipit calorem. Sic etiam si quis calido lavacro, vel ignis vi nimis fuerit excalesfactus; postmodum remotis ignibus multò magis perfrigerabitur, ac magis horrebit; quàm is qui præ æstu ventilationem admisit, & sibi frigus paravit: atquè hic multò majorem æstum, & ardorem percipit ab igne, atque à calido lavacro; quàm is, qui sibi frigus non paravit. Præterèa quicumque per nivem, aut
aliud,

aliud , quod frigidum dicatur , iter facientes excellenter frigescent; ubi postea ab illis locis discesserint, & in tepore extiterint ab æstu, & pruritu vexantur ; quibusdam etiam velut ambustis ab igne bullæ exurgunt : promptè scilicet in nobis utrumque fit ; & altera ex istis affectionibus promptè nimis ad alteram accedit . Possem alia multa recensere, sed hæc sufficere possunt iis , qui frigoris , calorisve naturam apti sunt intelligere . Id tamen, quod in morbis frequenter observatur , in eorum gratiam addamus; qui volentes pertinaces non sunt in illa sententia ; sed quia decipiuntur ipsi , alios decipiunt . Nonnè sæpissimè

D

mè

mè quibus frigus, & rigor
 contingit; his acutissima fe-
 bris percalida relucet per
 totum corpus penetrans, de-
 finens maximè in pedes, ubi
 sanè rigor, & frigus validis-
 simum diutissimè duravit?
 Quòd malum ut plurimum:
 periculo vacat. Rursus cum
 sudor prodierit, & febris
 decesserit, nonnè multò ma-
 gis frigescit æger, quàm si
 nè febris apprehédisset qui-
 dem ab initio? Cui igitur
 brevi adeò contrarium ac-
 cedit; cuique vis adimitur
 sua sponte, quodnam ma-
 gnum opus est auxilium?
 aut quid nam magnum, aut
 grave ab his fiat? Consistit
 morbus iste in calido, an in
 frigido; cum utramque affe-
 ctionem habeant, qui eo æ-
 gro-

grotant ? Nonnè unico ille
 sanari potest remedio, quod
 neutrum ex his sit ? Est nè
 remedium hocce tùm adver-
 sus calidum, five calidita-
 tem, tùm adversùs frigidū,
 five frigiditatem hujus mor-
 bi?

XXX. Verùm dixerit ali-
 quis : qui ardenti febre fe-
 bricitant, itemque peripneu-
 monia, & aliis plerisque
 morbis, non citò ex calore
 liberantur; neque adest hic
 promptum frigidum adver-
 sùs calidum ? Atquì Ego
 hoc maximum signum esse
 puto, quod non propter ca-
 lidum simpliciter homines
 febricitant; neque hoc sim-
 pliciter sit afflictionis causa.
 Nam facile esset tùm natu-
 ræ spontè, tùm Medici in-

D 2

ven-

ventionem remedium . Inest
 rebus amarum, ac calidum;
 idem; & calidum, ac acidum;
 & salum, ac calidum; & alia
 infinita: & rursus frigidum,
 cum aliis infinitis facultati-
 bus conjunctum: hoc est
 tum sensus diversimodè af-
 fici potest à rebus; (quæ
 propterea calida dicuntur si
 calefaciant; amara, aut aci-
 da; si amarities aut aciditas
 propter ipsam in ore perci-
 piatur) tum etiam conden-
 sationes, & rarefactiones; li-
 quationes, & coagulationes,
 & alia infinita fieri pos-
 sunt ex vario variarum re-
 rum concursu, & applicatio-
 ne . Si calidum igitur dixe-
 ris, nihil aliud significabis;
 nisi quod hoc sic dictum ca-
 lefacere possit: sive quod
 hæc

hæc ab ipso sensatio fiat.
 Quod profectò satis non est
 ad explicandam illius rei
 naturam ; cùm infinita alia,
 ex illa eadem re fieri pos-
 sint : sicuti non sufficit ad
 ferri naturam explicandam
 dicere quod incidere possit ;
 nam hoc minimum fortè est
 eorum omnium , quæ ferro
 fieri possunt . Ac sicuti æ-
 quum non est hanc de ferro
 simplicem hypothesim face-
 re , quod sit incisivum , sive
 quod incidere possit ; & sicuti
 ad hanc hypothesim ineptia
 est infinita alia, quæ in
 ferro, & cum ferro fiunt, re-
 ducere ; ità æquum non est
 hypothesim facere de re
 quacunque quod calida, aut
 frigida sit, aut humida, aut
 sicca ; & ita quoquè ineptia
 est

est hac hypothesi, aut alia simili infinita alia, quæ rebus insunt; aut infinita alia, quæ fieri possunt à vario rerum usu hac hypothesi explicanda suscipere. Namque, vel nulla facienda de rebus hypothesis est; vel si quæ sit omnia compræhendere debet, quæ in rebus reperiuntur; & omnia explicare debet, quæ fieri possunt.

XXXI. Signa porrò alia adducam ex communibus observationibus desumpta; quibus hoc idem quod dictum est manifestum magis sit. Nonnunquam nobis gravedo innascitur, & fluxus per nares movetur; qui sæpè acrior est eo, qui priùs quotidie per nares prodibat; & tu-

& tumescere facit nasum, quem exurit, calentem, & nimis ignitum reddit: Quod si diutius perseveraverit, exulceratur etiam non raro nasus. Sedatur autem aliquo modo ardor in naribus postquam fluxus minus acris factus, & fluens substantia concocta magis, & permixta fuerit; hoc est cum intemperantias amiserit propter quas molesta erat naribus. Quæ cum fiant quandoque, tum ab eo, quod dicitur frigidum; tum ab eo, quod dicitur calidum; oportet conicere quid insuper insit in illis rebus; sive quas alias potentias præter istas calefaciendi, & refrigerandi habeant; propter quas gravedines fiant, & id quod fuit

D 4

na-

nares tumefaciat, & exulcerat. Nam si nihil aliud factum est, quàm perfrigeratio; calefactio simplex remedium est: si calefactio simplex facta est, refrigeratio est remedium. Quæ quidem brevi accedunt; & nulla concoctione opus habent, ut fiant. Verùm cum aliquid aliud factum est; remedio indigemus, quo illud aliud auferatur: videlicet si cutis poruli facti fuerint angustiores laxandi illi, & aperiendi sunt; si humor acris factus sit, & mordax, moderandus, & mitigandus; si liquidior, crassior faciendus est; aliæque intemperantiæ corrigendæ sunt. Sic si simplex calefactio ab igne molestiam afferat; simplex refrigeratio,

tio, utcunque parata, auferet illam. Sed si præterea ignis carnibus ulcera inuaserit, si ignis vi membranarum, & fibrarum corrugatio facta fuerit; si meatus alii fuerint disrupti, alii clausi; si alia insuper facta fuerint ab igne; procul dubio frustra his omnibus à quacunque simplici refrigeratione auxilium sperabimus. Hæc enim molestam tantum calefactionem de medio tollit; non sanat ulcera; neque membranas, neque fibras restituit. Quod adeo verum est; ut in iis, quæ præter incongruam calefactionem nobis molesta fieri possunt ab igne ut est exulceratio; licet aliquando remedium habeamus ab iis, quæ præter alias

D 5 po.

potentias, refrigerandi vim habent; non raro tamen remedium hoc inveniatur in iis etiam rebus, quæ non solum non refrigerant exulceratum corpus, sed manifestò calefaciunt. Sic pleuritis, quæ frequens est in rigidiori cœli tempestate, non sanatur iis, quæ simpliciter calefacere possunt: licet & in his quoque illius sæpè remedium inveniatur. Ità similiter non est viride, vel flavum, vel album id quod in cibis nos nutrire potest; licet inter ea, quæ viridia nuncupantur, multi nobis apti cibi reperiantur.

XXXII. Illa etiam, quæ ab oculis fluunt, sæpè fortia existunt; & aliquam acrimoniam habent (sunt enim
acri-

acrimoniæ multiplices): Vnde exulcerantur aliquando, & corroduntur tunica oculorum; ut etiam & palpebræ, & genæ ab effluente ab oculis humore. Dolores, ardores, & inflammationes fiunt. Quæ mitiora sunt cum fluxiones fuerint concoctæ; siuè intemperantiam, quam habebant amiserint; quod permixtione quandoque fit, & temperatura; (ut cum acetum, aquis permixtum, temperatur) quandoque maturatione quadam, similis illi, quæ in fructibus observatur; & lemæ frequenter ab his fiunt.

XXXIII. Rursus quædam fluunt è faucibus, vel in faucibus consistunt; ex quibus vocis, & respiratio-

D. 6 nis

nis organa offenduntur; & raucedines fiunt, & anginae; nonnunquam erysipelata, peripneumoniae, febres, alii-que morbi. Hæc, vel ideò nocent; quod in loco sint, cui non conveniunt; & ut sanguis optimus, qui in venis utilis est, in cavitate vesicæ consistens morbos progignit; pleraque, quæ in aliis locis utilitatē aliquam afferrent, in faucibus, & in organis respirationis afflictionem aliquam pariunt: vel nocent, quia intemperatiam aliquam habeant, & nimis fluida sint; aut acris nimis, & mordacia; aut plurimo sale hujus, vel illius generis sint referta; aut aliter sint intemperata. Et illud quidem auferre convenit, propter

ter quod nocent . Oportet enim causas uniuscujusque ea putare ; quæ cum adsunt, illud fieri necessum est: cum non adsunt, vel cum permutantur in aliud temperamentum; illud cessat, & aliud fit.

XXXIV. Item bilis, quæ ad tenue intestinum propter aliquam causam non descendit; sed per totum corpus diffunditur: aut illa quæ liquidior, & tenuior, aut minus efficax facta est; ut etiam illa, quæ acrior, & mordacior, aut crassior est; aut aliter est intemperata, morbos plerisque facere potest. Fiunt sæpe ab ipsa dolores, & febres; rabies, & morsus viscerum; desperationes, anxietates æstus, impotentia; fiunt vomitus, & inappetentia;

tiæ ; & cibus sæpè minùs rectè elaboratur . Quæ non cessant; nisi id propter quod fiunt, auferatur : vel scilicet ad tenue intestinum bilem deducendo ; & , id, quo descensus iste prohibebatur, auferendo ; vel intemperantias corrigendo; vel id, quod alicubi exuperat & inconueniens est euacuando .

XXXV. Temperari autem , & maturari , aut concoqui humores per multas & infinitas species contingit . Quapropter & modi, & tempora, & numeri, & mensuræ in his multùm possunt . Etenim ut caro , quæ putrida est, aut incipit putrescere , & propterea nobis intemperata dicitur; quibusdam animalibus, quæ illa utiliter vescun.

sciuntur, temperata, matura,
 & concocta dici potest; ita
 quædam sunt huic homini
 temperata, & concocta; quæ
 aliis hominibus cruda, & in-
 temperata, ac fortia dici de-
 bent. Quin etiam in uno
 eodemque homine sæpissi-
 me, quod prodest ventricu-
 lo male concoquenti, & ad
 ventriculum nullam habet
 intemperantiam; nocet, &
 intemperatum est brachio
 exulcerato; quodque ad hanc
 partem corporis coctum,
 maturum, & temperatum est,
 ad aliam particulam cru-
 dum, acerbum, & intempe-
 ratum dici meretur.

Sed dicet non nemo pro
 calido, & pro frigido; sive
 pro caliditate, & frigiditate
 non esse intelligendum id

tan-

tantum, quod calefacere, & refrigerare potest; sed id, quo omnia fiunt, quæ in fermentationibus, concoctionibus, maturationibus, temperaturis, aliisque similibus fieri contingunt! Hic etiam si fortè de rebus haud malè sentiat, non est tamen ferendus; nam voces multò sanè aliter accipit, ac communiter accipiantur; & hominum animos suis sermonibus præjudiciis, & erroribus replet. Communi enim hominum sensu cum calidum dixeris, intelligitur id, quod calefacere potest; non id, quod maturationem, vel incrassationem, vel putrefactionem suscipere aptum est; cum frigidum, intelligitur id, quod refrigerare potest:

quæ

quæ significationes sunt ser-
vandæ tum ut sermonum,
tum ut eorum de quibus lo-
quimur, confusio vitetur.
Retinendæ sunt vocum si-
gnificationes quas uulgus
retinet; & oportet panem
appellare panem, & caseum
caseum, ut homines appella-
re soliti sunt: etiam si & hi
quoque in his non raro pec-
cent; dicunt enim sæpenū-
mero aliquid tale, non qua-
le est; sed quales illud nos
facere consuevit: sic Demo-
criti Præceptoris volumina
dicuntur erudita, & docta;
quoniam, qui legunt, & per-
legunt docti, & eruditi fiunt;
& calidum sapissimè dicitur
non aliquid, quod tale sit;
sed id, quo nos calefieri pos-
sumus.

Coe-

XXXVI. Cœterum Medici quidam, itemquè & Sophistæ quamplurimi dicunt; quod impossibile est Medicinam cognoscere eum; qui non novit quid sit homo, & quomodo primùm factus, & compactus sit. Qui si loquantur de eo, qui rectissimus, & omni ex capite perfectissimus Medicus dici mereatur; verum profectò inquirunt. Sed hoc opus, hic labor apollineus est nosse hominem unumquemquè; & quomodo omnia gerantur, quæ in homine fiunt! Mihi equidem nullus videtur hæc exactè cognovisse; non inquam in homine; sed neque in musca; neque in verme! Scio tamen plerosque Medicorum, & Sophistarum,
mul-

multa confidenter nimis, &
 audacter de homine fuisset
 locutos: sed quæ ab ipsis
 dicta sunt, minùs cenſeo
 Medicæ arti cõvenire; quàm
 Pictoriæ. At ſi quid de ho-
 minis natura cum aliqua
 certitudine cognoscere poſ-
 ſumus; id continget ex Me-
 dicina eo principio exculta-
 ritè, & promotà; de quo dic-
 tum eſt. Ac licèt alia via,
 nonnulli non pauca cogno-
 viſſe videantur; illorum ta-
 men ſcientia, neque evidens
 eſt; neque ullum, ut pluri-
 mùm habet in Medicina,
 uſum. Medicus enim ma-
 xime cognoscere debet, quid
 fit homo ad ea, quæ come-
 duntur, aut bibuntur; quid
 fit ad hunc, vel illum aerem,
 quo eſt circumſuſus, quovè
 in

in respirationibus utitur ;
 quid sit ad ea , quæ quomo-
 dolibet ipsi applicantur ; aut
 ad ea , quæ in ipsomet fiunt ;
 quævè ipsi contingant ab
 hoc , vel cibo , vel potu , vel
 aere ; vel animi affectu , vel
 corporis exercitatione co-
 gnoscere oportet .

Neque satis est existima-
 re , quod malum edulium
 est caseus , exempli gratia ;
 quoniam aliquando reple-
 tio ex ipso dolorem , & no-
 xam affert ; sed opus est ani-
 madvertere ; cuinam homi-
 ni id factum sit ; quænam sit
 doloris species ; cui parti in-
 trà hominem existenti , an
 omnibus incommodus , &
 inconueniens sit caseus ; &
 quænam ab illo huic homi-
 ni contingat mutatio ? Nam
 cum

cum dicimus hoc incommodum, vel commodum est ad nullius peculiarem naturam relatum; tùm non distingvimus hoc ab aliis; quæ etiam commoda, vel incommoda dici possunt; tùm facillè decipi possumus: si quidem quod uni incommodum est, alteri est commodum, & conveniens.

XXXVII. Ità sanè vinum meracum multum potum aliquem hominem debilem reddit; & omnes qui viderint hoc fatentur, & cognoscunt; quod hæc est vis vini: sed nonnunquam alteri homini aliter, atque aliter fit ex vino. Caseus etiam non omnes homines lædit; ac sunt, qui ipso repleti ne tantillum quidem offendun-
tur:

tur : imò caseus quibusdam
 gracilibus mirabiliter con-
 ferre dicitur . Hominum
 namque naturæ non parùm
 differunt ; est in hujus cor-
 pore , quod commixtum ca-
 seo proficit ; in alio corpore
 est , quod commixtum caseo
 noceat . In hujus corpore
 hanc suscipit caseus muta-
 tionem ex qua detrimentum
 sequatur : in alio verò cor-
 pore alia fit mutatio , sive al-
 teratio ex qua sequatur uti-
 litas . Si toti humanæ natu-
 ræ malus esset caseus , omnes
 utique læderet ; ut etiam
 vinum , & aliud quodcunq ;
 Hæc si quis novisset vitæ
 iis , quæ detrimentum affe-
 runt , non doleret ; neque
 pateretur . Item in quocun-
 que statu sive sanitatis , sive
 ægri-

ægritudinis, siue cum corpora conualescunt, & restituntur ex morbis præcipuè longioribus multæ præuaricationes, & conturbationes fiunt partim spontè ex ipsa mutabilitate corporum; partim à quibuscumque minùs cōgruis casu aliquo, vel temerè admissis.

XXXVIII. Novi autem Medicos nonnullos veluti Idiotas, qui ubi homines sinè illorum consilio aliquid fecissent: ut si lavissent, vel deambulassent; aut aliquid comedissent, & bibissent; & fortassis hæc melius fuisset adhibuisse, quàm non; nihilominùs causam siue ægritudinis, siue exacerbationis alicui ex his tribuebant: veram quidem causam ignorant.

rantes : & fortassis id quod
cōmodissimum fuerat dam-
nantes . Sic autem facere
non convenit : sed oportet
scire , quid balneum intem-
pestivè adhibitum operetur ;
quid item fatigatio, & lassi-
tudo ; quid hæc sive come-
stio, sive potatio . Nunquàm
enim eadem afflictio ab his
similibusque provenit ; neq;
cuicunque . Quisquis igitur
hæc non cognoscet : quo-
modo scilicet singula se ha-
beant ad hominem compa-
rata ; is neque cognoscere ,
quæ ab ipsis fiunt, potest ; ne-
que rectè uti .

XXXIX. Oportet igitur
cognoscere, quænam af-
fectiones homini ex facul-
tatibus, & potentijs fiant :
scilicet quæ sint rerum vires
ad

ad nos, quodvè robur. Et hæc quidem haud alio principio faciliùs cognoscuntur; quàm eo, quo primùm Medicina ortum habuit: hoc est experiundo, quæ sit in his; atque his naturæ necessitas. Quibus cognitis tandem aut veras, aut saltem minùs absurdas de rerum natura hypotheses habere poterimus; quæ scilicet res ipsas attingant sine relatione ad alias res. Quod sanè difficillimum est, & fortè homini impossibile; Homo enim faciliè cognoscit ignem, quod oculos feriat, quod calefaciat, quod soluat aurum; sed hoc hoc est cognoscere ignem, sibi, & auro comparatum, atque relatum. Verùm haud faciliè cognoscitur, quid ip-

E se-

semet in se sit ignis nulli relatus. Enim verò motus figura, magnitudo, & concursus minutiorum corporum effugiunt hominis sensus: ac vix datur illa mentis acie; & ad eorum, quæ sensibus subiiciuntur, similitudinem concipere. Animaduertendum autem est quædam percipi in sensu, quæ nihil simile habent extrà sensum: ut sunt dolores, & alia multa; quæ sunt ab incurſu rerum in organa sensus; & nihil ipsis simile est extrà sensum. Et frustra quidem laboratur; his, quæ non insunt rebus hypothesim confingere, quæ rerum naturam explicet! Si quæ facienda hypothesis est; ea esse debet ex iis, quæ insunt rebus: quorum

rum

rum species licet sæpè sæpius sensibus suscipiantur, & percipiantur; sunt tamen ex eorum genere, quibus aliquid simile reperiri potest extra sensum. Vt est corporum figura; quæ talis est, qualis est: sive percipiat, sive non percipiat à sensu; vel sive eo modo percipiat, quo est; sive alio modo percipiat. Et ut figuræ, quæ extra sensum est, aliquid simile esse potest in sensu; ita figuræ, quæ in sensu, sive in mente est, aliquid simile reperiri potest extra sensum, sive extra mentem. Dolori autem, aut voluptati, aut etiam sonitui, qui in aure fit ob aeris incursum, quidnam simile dicemus esse extra sensum? Quod si aliquid di-

catur dolorificum; quidnam aliud ex hoc fundamēto rectè deducitur; nisi hoc idem, quod sit dolorificum? At si ponatur corpus ea figura præditum, qua fistula est; præter quàm quod ex hac hypothefi multa tum contemplari, & admirari; tum rectè dici, & explicari possunt in hoc corpore nulli alteri relato; præterea si illud ad alia corpora comparetur infinita profectò cognosci poterunt, quæ ex illo cum aliis fiant. An hoc parum est, quod corpore sic figurato aquæ commodè diducantur? An & hoc, quod ejus cavitas, quæ facillimè quovis cono, cujus basis major sit fistulæ basi, obstrui, & occludi possit; nulla pyramide

exa.

exactè occludatur , & ob-
 struatur ? An parū est dedu-
 cere ex illa hypothefi quod
 poffit corpus illud excipere
 cylindrum cujus diameter
 non fit major diametro ca-
 vitatis fifulæ ? & hoc quod
 cylindrus licèt longiffimus
 vltra ferri poffit per corporis
 fifulofi cavitatem ; quā-
 tamen subire , & permeare
 nequeat fphæra aliqua cy-
 lindro minor ? An fortè de-
 funt & alia infinita , quæ re-
 ctè trahantur ; & deducan-
 tur ex illa hypothefi ? Quid
 plura ! Ego fiquē filium meum
 Theffalum institutum volui ;
 fic monui ; ut figurarum pro-
 prietates , & numerorum
 fcientiam cognofceret ; & illi
 difciplinæ , quæ illas edo-
 cet , & magnitudines quas-

cunque metitur, multum
studii adhiberet. Hæc dixi,
mi fili nō solum vitam tuam
illustrem, & ad multa com-
modam in humanarum rerū
statu efficient; sed etiam ani-
mam acutiorem, & clario-
rem reddent ad omnium,
quorum usus in Medicina
expetitur, utilitatem conse-
quendam. Quod filio dixi,
omnibus dico; literasque
quas ad illum dedi, ad om-
nes gentes datas volo. Le-
viora nunc attingam; qui-
bus tamen manifestum fiat
hoc studium apprimè Medi-
co convenire.

Ore hiantes aerique adi-
tum non intercludentes ni-
hil fanè vicini humoris bi-
bemus. Vbi verò labra fo-
ras produxeris, contraxeris-
que,

que, ac compresseris, & aerem prohibueris; aut etiam fistulam admoveris, facile faciliè promotò pectore quantum volueris, bibere poteris. Cucurbitæ quæ corpori apponi solent, commodiores erunt; si parte qua patent, minùs amplæ sint; & eam debent habere figuram, qua omnis circumambientibus substantiis prohibeatur aditus: alias nihil ex carnibus in cucurbitarum cavitatem propelletur. Sunt etiam instrumenta non pauca sive ex ferrò, sive ex alia materia parata; quorum peculiaris figura est; vel ut cognoscantur vitia, quæ in uteris, vel intestinis, vel alia in parte latent; vel ut illa curentur. Sic multa fiunt intrinsecus

E 4 ab

ab ipsa natura, quæ necessariò ex partium figuris pendent. Si vesica cavitatem non haberet; vasa quæ in ipsam inferuntur non essent fistulosa; nulla unquam fieret in vesica urinæ collectio. Beneficio figuræ partium, quæ in renibus sunt, urina tantum secernitur ab humoribus; qui ad renes appellantur. Descensus bilis ad intestina necessariò dependet ex figura partium hepatis, cistis felleæ, & vasorum quibus illa separatur, & deducitur. Sic etiam alia infinita necessariò sunt motu rerum, aptaque rerum figura: quæ vitiosa si fuerit, necessum quoque erit mala multa fieri.

XL. Pulmones spongiform-

formes sunt, & molles, & in
 ipsis innumerabiles canali-
 culi innumerabiles cellulae
 reperiuntur. Quia quidem
 constructione, & figura apti
 sunt pulmones magna copia
 humores suscipere; aliisque
 vasis admittere aerem; aliis
 sanguinem; ceterasque sub-
 stantias: & textura illa mi-
 nutissima vasorum, concur-
 suque variarum substantia-
 rum multa sunt in pulmo-
 nibus ad vitae functiones uti-
 lia; quae non sunt in aliis par-
 tibus. Facillime amplian-
 tur, & turgent aere; quo di-
 missio facillime concidunt.
 Figuræ mutatio in partibus
 pulmonis, vasis disruptio,
 angustia, contractio fibrarum,
 & earumdem rigiditas, mul-
 tos morbos facere possunt

¶

E 5 in

in pulmonibus: qui quidem morbi non fiunt musculis ob diversam musculorum, & pulmonum figuram, & constructionem. Humorū nimia rarefactione alia patitur musculus, alia pulmones. Ab ære multò sanè facilius læduntur pulmones; quàm aliæ partes: quoniam figura, & motu pulmones magnam admittunt aeris quātitatem; quod non accidit aliis partibus. Figura, & motu pulmonum, & partium quæ ad asperam arteriam pertinent; figura, & motu œsophagi, & partium, quæ ad ipsum pertinent, aer descendit quidem in pulmones, non autem in ventriculum; cibus in vētriculum dilabitur, non autem in pulmones: & licèt

vno

vno eodemque ore aer, & cibus fumantur; licet proximæ sint viæ ad pulmones, & ad ventriculum; alter tamen alterius vias non ingreditur. An fortè novit aer vias suas; & cibus suas cognoscit? Similiter in liene, & in mammis multa accidunt propter figuram, & structuram, quam obtinent. In ventriculo, & intestinis multa fiunt, à flatibus exempli gratia, quæ non contingunt alijs partibus; quarum alius est necessitate naturæ, sive propriæ constructiones usus.

XLI. Et in his quidem, quæ à flatibus fiunt, considerare oportet substantiam ex qua eleuantur; quæ aliquando aquosa est, & facile flatus in aquam revertitur;

E 6 ali-

aliquando alia est, & sæpe
 non redit flatus facile in hu-
 morem. Alii flatus acres
 sunt; & mordaces, & partem
 aliquam, aut vellicant; aut
 etiam exulcerant; alii sunt
 mitiores, & aquosiores. Exa-
 minare etiam expedit par-
 tium in quibus flatus conti-
 nentur structura; alia facile
 cedunt, & ampliantur, sive
 distenduntur; alia verò mi-
 nimè. & æquum non est opi-
 nari fieri eadem in his, quæ
 eadem non sunt. Rursus prò
 situ vario, in quo reperiun-
 tur flatus, hæc, vel alia cor-
 poris pars; ut nervus, aut
 musculus, aut tendo, aut fi-
 stula aliqua, aut quid aliud
 comprimitur; & absque alia
 causa hac sola compressio-
 ne morbi, & levis, & gra-

ves fieri possunt.

Ea autem quę corporibus insunt infinitis modis alterari, & mutari possunt; & figurarum infinitę sanè sunt species; quibus aliud, atque aliud fit tum in sano, tum in ægro corpore. Neque satis est cognovisse capita, magna, an parva sint, colla tenuia, an crassa; longa, an brevía; uentres longi, aut rotundi; costarum latitudines, & angustias; & alia infinita, quę sensibus cognosci possunt: verum etiam, ad similitudinem eorundem, quę sensibus dignoscuntur, coniectere oportet; quænam sint minutorum corporum figuræ; quæ combinationes; quimotus; ad hoc ut singularum affectionum causę probè cogni-

gnitæ sint; vel saltè maiori
eum verisimilitudine conci-
pantur.

XLII. Ex his enim po-
tentia rerum oriuntur: & his
cognitis quid vnum in aliud
possit perspicuum fit; quasvè
habeant res inter se cogna-
tiones. Videndum insuper
an aliquid ex se se in aliam
speciem mutetur; an verò
mutetur ex permixtione
aliarum substantiarū; & cui-
nam; cum mutatum fuerit
conveniat, vel noceat: nam
sæpe venenum non assumi-
tur; sed ex eo, quod assum-
ptum est, venenum fit: sæpe
non sumitur remedium; sed
ex eo quod sumitur, reme-
dium fit. Sit autem noxius
humor exempli gratia is, qui
aciditatis sensum prebet; &
prop-

propter hoc noceat ; igitur
 quidpiam quod potentèr id
 auferat commodissimū erit ;
 quod quærendum est ; & op-
 timum ex ijs, quæ id præsta-
 re possunt , eligendum est .
 Optimum autem est , quod
 longissimè distat ab incom-
 modo ; quodque superat , &
 in melius mutat id , quod no-
 xium est . Demum quàm
 maximè refert ea ; quæ nota
 sunt sepissimè in Catalogum
 referre ; & ex illis alia mi-
 nùs cognita quærere , & in-
 venire .

F I N I S .

FONS

114
FONS IOVIS;
FONS SOLIS;
PADI FONS;

Aliique similes.

QVorum meminit Plinius libro secundo naturalis historie capite 103. his verbis: *idem* (scilicet Fons jovis in Dodone) *meridie semper deficit; qua de causa Anapavomenon vocant: mox increfcens ad medium noctis exuberat: ab eo rursus sensim deficit* = Et paucis interjectis: Iovis Hammonis Fons interdum frigidus, noctibus fervet. In Troglodytis Fons solis appellatur, dulcis, & circa meridiem maxime frigidus: mox paulatim

16-

tepescent; ad noctis media fervore, & amaritudine infestatur. Padi Fons mediis diebus æstivis, velut interquiescens semper aret. In Tenedo insula Fons semper à tertia noctis hora in sextam ab æstivo solstitio exundat.

Quæ quidem cum quamplurimis admiranda nimis visa fuerint, non abs re fore judicavi si rationem traderem, quæ similes fontes parari possint. Quod si assequar; credendum quoque erit iisdem rationibus natura tum solis fontem, tum Hammonis, tum alios quoscunque his similes, vel constituisse, vel nunc etiam constare (quod nunc non quaero) vel saltem constare posse: ea etenim, quæ nos arte dispo-


disponere valemus ; natura
in montium visceribus dis-
posita esse possunt .


Sed vereor nè id contin-
gat his, quæ afferam ; quod
plerisque aliis rectè inventis
contigisse animadversum
est : quorum, priusquàm pu-
blici juris facta essent, maxi-
ma fuit omnium admiratio :
sed post evulgatam inven-
tionem : quoniam manife-
stum fuit facili, & simplicis-
sima via illa fieri posse ; non
solum quamplurimi homi-
num non sunt amplius ad-
mirati naturæ, aut artis ope-
ra ; sed ignaviores ex ipsis
eorum rationes spreverunt ;
& vili habuerunt, quæ prius
propter rerum ignorationem
summè demirabantur ; aut
fortè impossibilia esse reban-
tur .

tur. Qui non rarò etiam injurii, & contumeliosi fuerunt in eos, qui aliquid invenerunt; & in eos, qui nova rite inventa ab aliis primi amplexati sunt. Ut accidit iis, qui statim audito invento motus sanguinis ab arteriis in venas, rationum, & experimentorum momentis perceptis; illud probavere; & in explicanda plerorumque morborum natura eo usi sunt; ut etiam in Medicina investiganda. Adversus quos in omnibus ferè Europæ urbibus ferum insurrexit eorum vulgus, qui postremi, licet pluries admoniti, sanguinis circulationem cognoverunt! Et utinàm his etiam temporibus non essent, qui huic invento refragentur; & alis

aliis non essent molesti semper, & infensi nimis.

Aliquem tamèn propterea credere nolim me contendere non potuisse alios hæc tùm cognoscere, tùm ostendere, & demonstrare. Neque id profectò præ me fero. Quin potiùs tanti hæc eadem mihi non sunt visa; ut à quocunque in studiis mediocritèr versato non potuerint facilè inveniri: ab illis namquè, quæ jam satis superquè comperta sunt; manifestò deduci posse videntur. Sed cum illis mihi nunc res agitur; qui fabulas esse omnia; quæ à Plinio in hoc capite narrantur, affirmarunt; & impossibiles esse similes fontes crediderunt: quo-





quorum aliquam velim ini-
re gratiam, si fortè hoc pos-
sibile est.

Sed videamus nunc quæ-
sò quanto facili negotio fon-
tes isti, similesque, & natu-
ra constare; & arte etiam
parari possint.

Sit A B D C tubus retor- *Fig. j.*
tus patulus, & pervius in
extremis A, & C. Verùm
extremum C proximius sit
centro telluris, quàm alte-
rum extremum A; & crus
A B, vel ipsius pars aliqua
quantacūque, vase, sive con-
cha aliqua detineatur: ut va-
se E F D G: hac tamen le-
ge; ut vasis suprema pars
altior sit summitate B crurū;
& undique illud perfectè
integrum sit, & clausum
etiam

etiam in D : ut nullus humor diffluere poffit inter vafis , & tubi commiffuras in D ; nec aliunde : vel fi foramen aliquod adfit , è quo aqua,vel alius liquor effluere poffit, parvum illud fit, & minus ; quàm quod opus de quo deinceps , turbare , aut impedire valeat .

His fic difpofitis fint aque confluentes in vas, fivè concham E F D G ; ut eft aqua H I . Manifeflum eft, quod principio hujus influxus nihil effluet ab extremo C ; etiam fi utraqùè extrema A, & C pateant ; & A fit immerfum aquis . Sed poftquam collectæ aquæ in vafe E F D G fuperaverint altitudinem cruris A B ; ipfo pondere, & aquarum majori

ri

ri altitudine in vase, quàm
in crure A B propellentur
aquæ in crus B C; & conti-
nuò effluent ab extremo C.

Ac si nunquam deficient
aquæ in horizontali A K,
quæ ducitur ab extremo A;
nunquam profectò cessabit
aquarum fluxus ab altero
extremo C. Quod contin-
get cum quantum aquæ ef-
fluit ab extremitate cruris
B C, perpetuò tantundem
saltèm influat per H I in vas
E F D G.

Quod si minùs aquarum
influet in concham, quàm
effluat ab extremo C re-
torti tubi A B C; tandem,
etiam si perpetuò influant
aquæ in vas, illis tamen de-
ficientibus in horizontali
A K cessabit fluxus aqua-
rum

rum ab extremo C retorti
tubi A B C : qui tunc erit
prorsus inanis, & sine aquis.

Verum cum aliæ, atque
aliæ aquæ iterum colligan-
tur in vas ex perpetuò influ-
xu per H I : crescent iterum
illæ in vase, & post certum
aliquod tempus iterum su-
perabunt altitudinem cruris
A B: ac proinde ex sese pro-
pellentur denuò in crus
B C ; & renovabitur fluxus
aquarum ab extremo C; du-
raturus similiter usquè quò
non deficient aquæ in hori-
zontali A K . Et sic simili-
ter in perpetuum certis ho-
ris fluent aquæ; certis are-
scet extremum C .

Fontem igitur habebi-
mus, quem Anapavomenon
vocari dixit Plinius: hoc est

ve-

veluti recedens, & requiescens; & cujus aquæ per intervalla fluere desinant.

Neque inverisimile est similes in montibus reperiri cavitates, & similes reperiri conchas; quæ æquivalent tubo retorto A B C; & vasi E F D G.

Neque inverisimile est nonnunquam rivulos dari, qui minus aquarum advehant in concham E F D G; quam ab ore C effluere possit.

Et illud quoque in his notandum est; quod principio velocior erit aquarum fluxus ab extremo C; atque ideo majori etiam copia; quam in fine, & cum desinunt: quoniam paulatim, atque paulatim deficientibus

F bus

bus aquis in vase minor, atque minor semper erit. eandem altitudo supra horizontalem A K; & minori vi impellentur aquæ in crus A B, & inde in crus B C.

Aliæ tamen sunt rationes haud sanè difficiliore; quibus primū copiosiores aquæ effundantur ab ore aliquo; postea minori copia; & quæ tandem omninò cessent. Vt si plures adsint tubi retorti similes tubo A B C; quorum alterum crus similiter mergatur aquis contentis in concha, sive conchis, aut vasis aliquibus; sed non ad eandem aquarum profunditatem; summitates tamen in quibus inflectuntur crura in eodem sint horizontali plano. Hi tubi ubi aqua va-

and

sis

fis eorundem summitates
 superaverit eodem tempore
 incipient effundere aquas;
 sed non cessabunt eodem
 tempore. Ac proinde aliis
 prius desinentibus, aliis po-
 sterius, quæ ab ipsis ad fon-
 tem aliquem concurrunt a-
 quæ principiò erunt copio-
 siores; postmodum in mino-
 ri, atque minori copia.

At si tubulorum summi-
 tates non fuerint in eodem
 horizontali plano; crura ve-
 ròmersa sint aquis ad ean-
 dem profunditatem, fontes
 construi poterunt; qui in
 principiò effluxus parciores
 habeant aquas; & circa il-
 lud tempus, in quo requie-
 scere, & omnino cessare de-
 bene, aquas effundant co-
 pioiores.

F 2

Quæ

Quæ cū multipliciter variari possint, & multipliciter possint moderari; tum ex varia tubulorum dispositione; tum ex vario influxu aquarum in concham, sive conchas, quibus tubuli applicantur; tum ex varia capacitate concharum, & aquarum in ipsis altitudine; tum etiam ex varia crurum amplitudine, & crurum inter se habitudine; alii, atque alii mirabiles prodibunt fontes.

Et ex his quidem facile deducitur ratio, qua constitui possit fons, cujus meminit Plinius secundus junior Epistola ad Licinium. Attuli inquit tibi ex patria mea pro munusculo questionem; altissima ista eruditione di-

dignissimam. Fons oritur in monte, per saxa decurrit, excipitur cœnatiuncula manu facta: ibi paululum retentus in larium lacum decidit. Huius mira natura, ter in die statis auctibus, ac diminutionibus crescit, decrescitque. Cernitur id palam, & cum summa voluptate deprehenditur. Iuxta recumbis, ac vesceris: atque etiam ex ipso fonte, nam est frigidissimus, potas: interim ille centis dimensisque momentis, vel subtrahitur, vel assurgit. Annulum, seu quid aliud ponis in sicco, aluitur sensim, ac novissime operitur: detegitur rursus, paulatimque deseritur. Si diutius observes, utrumque iterum, ac tertio videas. Si inquam aquis quibusdam pe-

rennibus ter in die certis dimensisque momentis alia aqua addantur è tubi alicujus retorti orificio fluentes, & ter in die, qua supra expositum est ratione, subtrahantur; huic similem fontem habebimus.

Sed priusquam reliqua, quæ à Plinio seniore memorantur, explicem; placet rationes adducere eorum; quæ in fluxu aquarum è tubis retortis observantur.

Prò quibus supponendum est omne spatium in rerum universitate esse plenum; vel ut aliis placet, nullum sensibus notabile spatium prorsus inane reperiri posse; nisi factum à vi majori ea, quam habet mercurius altus in aliquo tubo ad longitudinem

cu-

cu-

cubiti unius cum quadran-
te ; vel ea quā habent aquæ,
quarum altitudo sit ad hanc
mercurii altitudinem , ut est
reciprocè pondus mercurii
ad pondus aquæ : hoc est ut
1. ad 14. sive ut cubitus 1.
ad cubitos 18. circiter. Ve-
rū libet potius supponere
omne spatium esse plenum .

Nec non etiam suppo-
nendum est rarefactiones
omnes fieri per introductio-
nem novæ substantiæ inter
particulas corporis rarefac-
ti : condensationes vero per
expressionem alicujus sub-
stantiæ .

His suppositis in tubo re-
torto A B C aquis pleno, si
aquis res tentetur ; cujus ta-
men crura minorem habeant
altitudinem cubitorum 18.

F 4 si hæc

si hæc crura fuerint æquè al-
 ta quiescent aquæ, & ex neu-
 tra parte decident : nisi for-
 tè foramina, & orificia A,
 & C fuerint ampla nimis; ut
 possit ex alia parte orificii
 utriusque, vel alterius aqua
 destillare; ex alia aerem
 vel aliquid aliud intromit-
 ti; quo desertum ab aquis
 spatium repleatur. Nam
 cum crurum altitudo minor
 sit ea, qua opus est ad æthe-
 rem exprimendum à circum-
 fuso aere; vel, aliorum sen-
 tentia, minor sit ea, qua opus
 est ad faciendum vacuum in
 summitate tubi retorti; ac
 cum crura sint æquè alta,
 prolapsus aquarum fieri ne-
 quit. Sed nequaquam idcir-
 cò non conabuntur semper
 aquæ utriusquè cruris ad
 hu-

humiliorem locum descendere: conatus tamen cum sint æquales ex una, & ex altera parte, aquæ in cruribus quiescere videbuntur.

At si crura non fuerint æquæ alta, & saltèm crus brevius minorem altitudinem habeat cubitorum 18, conatus isti non erunt æquales: major enim semper erit vis aquarum in crure majorem altitudinem habentis; ut in crure B C figuræ primæ. Arquè ideò cum omne spatium plenum sit, majori videturbatus aer ex hac parte B C impellet aquas contentas in crure A B: Quæ cum resistere nequeât aquis B C ascendent, & effundentur ex orificio C: ascendent; ab aere scilicèt propulsæ; &

F 5

ab

ab aere quidem, qui propel-
litur, & è suo loco exturba-
tur ab aquis B C.

Coeterum si crus A B ali-
qua sui parte demersum fue-
rit aquis vase aliquo con-
tentis, ut in eadem prima
figura; hic aeris impetus fiet
in aquarum vasis superfi-
ciem; & sentient vasis E F
D G aquæ excessum impe-
tus, siue gravitatis aquarum
B C: atque idè propellen-
tur in crus A B, & effun-
dentur ab orificio C. Idquè
fiet quò usque aquæ vasis
non deficient in horizontali
A K: quin imò donec non
deficient in A; ubi si tubus
fuerit aquis madidus, ut fe-
rè semper est, aquæ vasis al-
tiores sunt, & veluti conum
faciunt verticem habentem

da

2 7

in

in A : ut alibi diximus.

Cruris autem A B pars demersa aquis principio nullum usum habet : verum postea effluentibus aquis cum illa, quae supersunt humiliores sint in vase, citò disjungerentur ab extremo A nisi prius cruris A B pars saltem aliqua demersa fuisset aquis in vase contentis.

Verum de his satis : reliqua autem persequar, quae à Plinio narrantur.

Si diversorum generum aquas habeamus, quarum aliae dicantur calidae ; aliae frigidae ; aliae salsae ; aut amarae ; aut aliae ; quales saepe è montium scatebris erumpunt ; fontes habere poterimus ; qui certis horis has

F 6 fun-

fundant aquas ; certis alias
 diversi generis emittant ; &
 construi poterit fons Iovis
 de quo Plinius interdum fri-
 gidus, noctibus fervens ; & è
 contrà . Vel construi pote-
 rit fons Solis ejusdem Plinii
dulcis, & circa meridiem ma-
ximè frigidus ; mox paulatim
tepesceus ; ad noctis media
fervore, & amaritudine infe-
stus ; & è conversò qui cir-
cà meridiem amaras, & ca-
lidas habeat aquas ; nocti-
bus dulces, & frigidas ; ali-
que his similes .

Fig. 2 Emanent exempli gratia,
 è fonte P. aquæ dulces, &
 frigida, diductæ ab iis quæ
 effluunt è tubo retorto A B
 C. suffecturæ pro certo tem-
 pore ratione, qua dictum est ;
 quo elapso cessent ; ac nisi
 aliun-

aliunde aquæ advehantur
 siccus propterea futurus sit
 fons P. Sed quo tempore
 finiunt aquæ tubi retorti A
 B C, aut circa illarum finem
 fluere incipiant aquæ alte-
 rius generis è rubo retorto
 M N O: nempe calidæ, ama-
 ræ, aut aliæ; quæ sufficiant
 in fonte P donec ea, qua ex-
 positum est ratione, fluant
 iterum aquæ ab extremo C
 tubi A B C; & his cessanti-
 bus fluant aliæ è rubo M N
 O; & sic perpetuò. Fons P
 perennis erit; verum certo
 tempore fundet aquas unius
 generis, alio tempore alte-
 rius generis aquæ ab ipso
 scaturient.

Cessantibus autem aquis
 tubi A B C, & fluentibus il-
 lis tubi M N O, quæ etsi ca-
 lidæ

lidæ dici mereantur, tamen
 cum primum manabunt à
 fonte P, videbuntur tepidæ;
 vel quia transeunt per frigi-
 dam concham QP; vel quia
 fortè, ut fieri potest, permi-
 ſcentur frigidis aquis resi-
 duis in concha ex iis, quæ
 diductæ fuerant ex alia ve-
 na C. Postmodum aquæ
 fluent calidiores, atque ca-
 lidiores, aut etiam amaræ.
 Et his cessantibus licet frigi-
 dæ aquæ advehantur è vena
 C in fontem P, eadem ta-
 men ratione, quæ ferventes
 fluebant, erunt minus cali-
 dæ; postea minus atque mi-
 nus: ac demum refrigerata
 satis concha QP; vel om-
 nibus jam effluxis calidis
 residuis aquis ab eadem
 concha QP. frigida funde-
 tur

tur è fonte P.

Obſeruamus autem in eodem monte alicubi ſcaturigines eſſe aquarum dulcium, & frigidarum; alicubi vel calidas, vel amaras, vel falſas, vel aliis vocibus nuncupatas proſilire: ut omnino poſſibile ſit, ſi cavitates adſint, quæ æquivaleant tubis retortis A B C, M N O fontes, quos diximus dari. Nequè ſanè difficilius explicatur iſdem principiis, ut fontes quidam certis horis exundent: ſi quidem dictum eſt varia applicatione, & diſpoſitione in conchis plurimorum tuborum retortorum copioſiores, aut parciores aquas & certis temporibus præbere fontes.

Sed forte in Tenedo inſula

fula fons, cujus aqua *semper*
à tertia noctis hora in sextam
ab æstivo solstitio exundat;
 cum aquas perennes habeat
 è scatebris locorum, alias
 fortassè habebit circà solsti-
 tium æstivum è concretis va-
 poribus; quæ alicubi collec-
 tæ tubi alicujus retorti be-
 neficio à tertia noctis hora
 ad sextam addantur aquis
 perennibus. Ac proinde
 fons illo tempore exundet:
 postea deficientibus his auc-
 tariis aquis fluat fons con-
 suctis, quæ perennes sunt:
 donec iterum è vaporibus
 collectæ aquæ tubi retorti
 beneficio his addantur. Et
 profectò loci plerique sunt
 æstate humidiores, & magis
 uliginosi, & vuidiores, quam
 hyeme: ac scimus æstate

po-

potius, quam hyeme; & in
coeli cōstitutione potius au-
strali, quàm boreali extrin-
secus parietibus scyphi vi-
trei aquæ guttulas congre-
gari si scyphus nives, aut fri-
gidas aquas contineat.

Porro si vera sunt, quæ
feruntur contingere in Ae-
gypto: homines nempe ju-
ni mense facillimè gravi, ac
veluti pestilenti morbo cor-
ripi; & illos, qui ante Nili
exundationem non perie-
runt ad primam fluminis in-
tumescentiam sanari; non
erit inverisimile aliquid in-
dependens à futura exunda-
tione circa ea tempora re-
periri in aere Aegypti; quò
hominum corpora facillè æ-
grotent, tellus fermentetur,
& sales concipiat. Qui quir-
dem

dem sales liquati præter Aethiopiæ pluvias aliquid contribuant ad Nili intumescantiam: & nitro quidem dicitur Nilus tunc temporis abundare. Tellus insuper illius Regionis, ut ex Georgio Sandio refert expertissimus Robertus Boyle lib. de determinata natura effluvi-
 rum cap. 4. quæ in loco sicco servata nullam ostendit toto anno in pondere mutationem exundationis verò tempore fit manifestò ponderosior. Ab aere quidè humidior hanc patitur ponderis alterationem; sed fortè id evidentius contingit propter salem, quem tellus illa permixtum habet: scilicet terra, cui sal est permixtus facillimè ab aere tantum hu-
 mi-

midiore humorem imbibit;
 secus quæ salis est expers;
 Et ut uno verbo dicam non
 solum ab Aethiopiæ pluviis
 sed ab eo etiam quod ex ter-
 ra Aegypti solvitur; & aquis
 permiscetur Nilus excrecet
 re potest. Quod si quid si-
 mile fundatur, & solvatur in
 Delo Insula, & aquis permir-
 sceatur. *Inopis fons eodem,*
quo Nilus modo, ac pariter
tum eo decrescet, augebitur-
que; ut refert Plinius.

In Aegypti magna parte
 non pluit; idquæ non ob fi-
 derunt, & planetarum aspe-
 ctum; nam multæ aliæ re-
 giones in globo terraqueo
 omnino eisdem habent af-
 trorum aspectus; cum ta-
 men in sola Aegypto mini-
 me pluat: tellus igitur &

omix

aer

aer Aegypti aliquid habent;
propter quod pluvia non
decidant in illa regione; &
fortè ab hoc ipso multa alia
accidunt in Aegypto; quæ
non sunt in aliis regioni-
bus.

Verùm enim verò illud;
quod addit idem Plinius:
contra Timavum amnem in-
sula parva in mari est fonti-
bus calidis, qui pariter cum
estu maris, crescunt, minuun-

Fig. 3 turque; contingere posse,
videtur si in montis, sive cli-
vi sinu aliquo aquæ adsint
in sufficiente copia descen-
dentes per canalem D E;
quarum aliæ in mare decur-
rant per foramen F semper
demersum mari etiam in hu-
miliori æquoris statu; ut
cum ejus superficies in ma-
ximo

ximo refluxu non est supra
 horizontalem A B. Foramen
 verò F minus amplum
 esse debet, quam aquarum
 copia exigit; ut proinde
 alia aqua effluere possint è
 Fonte G. In fluxu verò cre-
 scente maris altitudine ex
 B usque ad C exempli gra-
 tia minori profecto veloci-
 tate; atque idè in minori
 copia descendant per F in
 mare: sed majori tum velo-
 citate, tum copia exilient
 aqua è fonte G. Aliquid
 etiam huic operi contribue-
 re videtur major gravitas a-
 quarum maris propter ad-
 mixtum salem; quam sit spe-
 cifica aquarum dulcium, &
 calidarum gravitas: ut ex
 iis colligitur, quæ monuit
 Reuerendissimus D. Vrba-
 nus

nus Davifus in Epistola de
fluminum origine ad erudi-
tissimum virum . D. Gemi-
nium Mantarium.

Sed aliæ etiam excogitari
possunt rationes, quibus hoc
idem eveniat : ut si ex ma-
jori aquarum maris altitu-
dine in fluxu ejusdem com-
pressio fiat inclusi aeris in
aliqua clivi cavitatē ; quo
quidem aere comprimatur
superficies aquarum descen-
dētium ad fontem aliquem.

Fig. 4 Sit enim aer C D crypta
aliqua inclusus, & mare A B
in humiliori statu aquarum.
Et in eadem crypta sit E
concha aquarum ; quæ de-
scendentes per canalem E H
faciant fontem H . In refu-
xu quidem maris inclusus
aer C D satis expansus est ,
at-

atque rarus ; & idcirco non
 comprimit aquas conchæ E.
 At in fluxu euectis aquis pe-
 lagi usque ad F G compri-
 metur aer C D ab aquis ex-
 trinsecis A F ; & proinde is
 idem aer comprimet aquas
 contentas in concha E : &
 ex hac causa majori cum ve-
 locitate, atque copia descen-
 dent aquæ istæ ad fontem H.

Multa alia , quæ hoc eo-
 dem capite 103 libri secun-
 di adducuntur à Plinio aliis
 vel discutienda, & explican-
 da ; vel castiganda , & mo-
 deranda relinquo .

DE

DE INCREMENTO,

sive

Generatione Metallorum

EPISTOLA

Ad Illustrissimum, & Reue-
rendissimum Dominum

D. ANDREAM

DE AQUINO

Olim Episcopum Tri-
caricen.

QUæ tua fuit erga me
humanitas vir Illu-
strissime, non solum familia-
riter me semper excepisti,
atque summa benignitate
fovisti; verum etiam non

es

es dedignatus temporis aliquid subripere studiis tuis ; ut , si quid ingenio meo , qualecunque sit , molirer , audires . Cumque in te uno concurrât animi mores probatissimi ; magnanimitas , & beneficentia , quæ rogari non patitur ; & rerum maxima notitia ; effectum est , ut tibi potius , quàm aliis quamplurimis placere velim ; & magni habeam ad te referre , ac tecum communicare quæcunque vel lectione , vel meditatione , vel propriis observationibus fuerim affecutus . Quod nunc ex parte faciam tùm ea recensendo , quæ Robertus Boyle Nobilis Anglus expertissimus de metallorum sive incremento , sive gene-

G

ra-

ratione habet; tum ea notando, quæ ego ipse quibusdam fultus propriis observationibus circa hoc idem argumentum suspicatus sum. Rerum autem summam principio tradam eorum, quæ Boyl. ab aliis collecta, aut sibi relata communis juris fieri voluit; nè facti aliquid, ut ille dicere solet, depereat. Inquit autem se accepisse stanni fodinam quandam octoginta circiter annis intactam relictam; quoniam lotione, cribratione, aliavè industria, omne metallum inde secretum fuerat, à prioribus fossoribus, & metallurgis, qui recentioribus peritiores, & accuratiores feruntur; postea cum non exiguo operæ pretio magnam

stanni

stanni copiam exhibuisse. Simile quid observatum, inquit, in terra quadam; ex qua metallum, quod abstrahi potuit, hominum avaritia secreverat: terra etenim illa in cumulos congesta aeri expositos post triginta circiter annos denuò stanno ditata colonis fuit emolumento: aliosque cumulos hujus similis terræ post decennium examinatos jam novam stanni promittere copiam. Similia de plumbi, & ferri sive generatione, sive incremento refert se accepisse: quin, imo evidentius id conspici in terra ex qua plumbum fuerat liquatum; congesta, scilicet in cumulos tum citius, quàm ea, quæ stannum habuit, tum majori copia.

G 2

plum.

plumbum concipere, ut sic dicam; & fortè sic dicens non aberro. De argento autem refert se vidisse lapidem in quo argentum conspiciebatur permixtum; ac audivisse lapidis dominum asseverantem argentum tractu temporis excrevisse in lapide. Neque reticenda, quæ excerpta addidit ex relationibus quibusdam gallicè conscriptis itinerum ad indias; *Argentum per omnem Indiam optimum, & purissimum est Potasium. Præcipue ejus fodinæ inventæ fuerunt in monte Aranzasse = Metallum hoc elicitur ex ipsissimis mineris terreis, quæ olim fuerant abjectæ, quando solum illud fuit reclusum, & fossæ puteique in montibus illis*

lis occurrentes excavati: cum
 observatum fuerit in recre-
 mentis illis metallum denuò
 post ea tempora fuisse rena-
 tum. Id quod satis superquè
 ostendit soli ad metallum hoc
 gignèdum proclivitatè. Cer-
 tum tamen est terras has de-
 nuò fœtas redditas non tan-
 tam argenti copiam largiri;
 ac minera ordinaria, quæ in
 venis inter ipsas rupes inve-
 nitur. Coeterùm postquam
 idem disertissimus Autor
 retulisset acceptum in Hun-
 garia cuniculos ex quibus
 auri vena fuerat effossa ite-
 rum repleri terra, quæ po-
 steà aurum, quod non habebat
 suppeditet: *Eni*, in-
 quit, nuperus quidam medi-
 cinæ professor Germanus per-
 peram nos instruat ipsius pa-

tria insigne nobis renati auri
 argumentum præbet : nam
 Corbachii Vvestphaliæ sub di-
 tione comitis de Isenburg, &
 VvaldeK aurum excoquitur
 ex cumulis congestis ; ita ut
 singulis quadrienniis iterum
 elaboretur cumulus unus, sem-
 per se restaurante natura. His
 motus præclarissimus scrip-
 tor dubitat; an aer multum
 contribuât ad metallorum
 sive incrementum, sive ge-
 nerationem in apta materia;
 ut sanè multum ille contri-
 buere videtur ad salium
 plerorumque generationem.
 Verùm Ego invisens
 Templum Divæ Mariæ su-
 præ Rotundam, vel, ut alio
 nomine inquiunt, Divæ Ma-
 riæ ad Martyres, quod Pan-
 theon fuerat ab Agrippa.

ex-

extructum, immanes porticus columnas inspiciens observavi marcasitæ atomos quasdam, & passim granula metallica. Principiò ratus sum excisas columnas è montibus, in quibus metallum aliquod, & marcasitæ varia genera reperiebantur has secum advexisse atomos, atque granula tum marcasitæ, tum metallorum: neque novum mihi erat metalla, & quæ metallica sunt non rarò reperiri inter lapides etiam duriores. II. Sed rem melius lustrans conspexi columnas istas in ea parte, quæ boream aspiciat, aut nihil prorsus metallicum continere; aut rariora sanè, & minora ex hac parte observari puncta, & granula metal-

tallica : frequentiora verò ,
 atque majora reperiri in ea
 plaga , quæ meridiem spec-
 tat . III. Præterea in hac
 meridionali columnarum
 plaga pluries observavi la-
 pidis particulas quasdam ,
 veluti assulas , tempore ex-
 cindi , & sponte decidere ;
 vel facili negotio digitis
 evelli : ac nunc etiam quæ-
 dam extant , quæ faciliè di-
 vellantur . Cumque id con-
 tingere possit quamplurimis
 causis ; ut exempli gratia ab
 omni eo , quod inter fissuras
 variis anni tempestatibus æ-
 stu , geluque rarefiat , & ma-
 jorem sibi locum exposcat ;
 & ab omni eo , quod ibidem
 congregetur ; & veluti veste
 lapidis particulas divellat ;
 ut crustulæ , postea sive assu-
 læ

læ decidant; nonnunquam
 tamen visum est id accidere
 ob adauctam metallicarum
 atomorum copiam in locis
 quibusdam; & quoniam ab
 iis, quæ per æra volitant ali-
 quid additur priori metallo.
 IV. In quibusdam verò co-
 lumnis frequentius decidūt
 crustulæ istæ ex parte bo-
 reali; in aliis frequentius ex
 parte meridionali: Verum
 in omnibus ex parte borea-
 li, aut nihil, aut vix aliquid
 metallicum conspicuum est;
 in meridionali verò sensibi-
 lia, & conspicua magis sunt
 metallica puncta. V. Om-
 nes columnæ istæ numero
 sexdecim non sunt ex uni-
 formi lapide; neque ex uni-
 formi substantia videntur
 conflatæ: quin imò singulæ
 G 5 sunt

sunt ex lapidibus multo-
rum generum veluti con-
geries, & coagmentatio que-
dam. Ac nonnullæ partes
quasdam habent figura va-
ria terminatas, latum circi-
ter ungve plerumque exæ-
quantes, colore subnigras;
substantia teneriori, quàm
sint reliquæ partes colum-
næ: Quarum quidem macu-
larum subnigrarum, quædam
veluti in fuliginem abierūt;
& in hujus fuliginis medio
passim visuntur puncta me-
tallica: Et licet tùm in par-
te boreali, tùm in meridio-
nali multæ partes subnigræ
notari possint; quæ abire
potuissent in fuliginem; vi-
dentur enim ejusdem natu-
ræ; illæ tamen, quæ in fuli-
ginem mutatæ sunt meri-
diem

diem spectant. VI. Insuper
 si omnia hæc metallica pun-
 cta, & marcasitæ granula an-
 tiquissima essent; & nihil
 omnino ipsis accederet; tam
 diuturno tempore ambientis
 injuriis, à quo nihil fusci-
 piant, exposita, mihi jam vi-
 derentur quod mutassent as-
 pectum: ut brevi quidem
 accidit tùm plumbo, tùm
 ferro, tùm stanno, tùm æri;
 quæ etsi perpolita, ut lumen
 reflectant vividum, postea
 minimè talia videntur: ar-
 gentum etiam, & aurum mi-
 nus diligenter servata mu-
 tant aspectum, & non eodem
 modo, nec adeò validè lū-
 men reflectunt. Cumque
 ab initio columnæ levigatæ
 fuerint; apparent enim nunc
 etiam in durioribus partibus

lapidis signa antiqua levigationis; levigatione quoque viderentur mihi metallica puncta aliter debere videri, ac conspiciuntur: ut nunc etiam si denuò uniformiter levigarentur, aliter viderentur. Neque videtur verisimile hæc, quæ dicta sunt, olim sic extitisse in columnis; ut nunc spectantur. VII. Binæ ex his erectæ fuerunt sub Alexandro Septimo P. Op. Maximo in quibus vix aliquid conspicitur; sed jam in altera ipsarum fuliginosum aliquid apparet in parte ejus plagæ, quæ ad meridiem potius versa est, & aliquid metallicum passim in hac meridionali plaga conspicitur. Verum enim verò fortassis

sis aliquis dicere poterit I. Casu quidem factum esse in his columnis, quæ tunc etiã cum in montibus essent omnia hæc metallica puncta habebant; ut dum erigerentur in porticu ea pars, quæ his punctis metallicis esset insignita ad meridiem statueretur. An non id casu fieri potuit? II. Casu etiam fieri potuit, ut earum columnarum, quæ subnigras maculas habent, ea pars, in qua metallica puncta observantur, ad meridiem vergeret; & ex hac parte sive naturali aliquarum macularum habitudine, sive solis lumine, sive imbre, & vento aliquo; cui pars ista magis sit exposita, nonnullæ ex maculis istis in substantiam fulgi-

ligini similem mutatae sint .
 III. Ad id autem , quod dixi ; si omnia haec granula metallica antiquissima essent , & nihil prorsus ipsis accederet ; jam omnia mutassent apparentiam ; neque tam vivide luminis radios reflecterent : contra quis dicere possit ; vel ventum , vel quid aliud servasse eorundem superficiem perpolitam ; vel à lapidis crustulis antequam deciderent servata fuerunt illaesa ab ambientis injuriis . Sed , ut id moneam , nequaquam omnia haec puncta metallica in iis tantum locis , è quibus assula deciderunt , sed in aliis etiam è quibus nulla crustula sublatae sunt , visuntur . IV. Demum inquit , in his , quae pluries
 lon-

longo tempore spectantur,
 fieri posse; ut obliti eorum;
 quæ prius visa sunt, nova;
 quædam videamur videre;
 atomos nempe multiplica-
 tas; diuulsas assulas; crustu-
 las alias casuras; alias quæ
 digitis evelli possint. Sicuti
 factum est nonnullis, qui
 dum imaginem aliquam
 diutius, & attentius intue-
 rentur; tandem visi sunt vi-
 dere illam nictasse, vel ma-
 num movisse, & hominibus,
 foeminis præcipuè, dum va-
 ria animo spesque, timores-
 que concipiunt, multa vide-
 ri videntur, quæ omnino
 non sunt.

Quid Ego his respon-
 deam? nihil profectò vir Il-
 lustrissime; scio namque fa-
 cillimum esse hominem hal-

lu-

lucinari : ac non solum exis-
tino alia ratione hæc , quæ
dicta sunt constare potuisse ;
verum etiam casu , fortuna-
vè columnas illas non ho-
minum industria , tum fun-
datas , tum erectas in colitu,
& positione , quibus nunc
perspiciuntur , minime reori
fuisse impossibile . Neque
insistam multa , atque varia
per aera volitare quorum-
vi , & concursu morbi diver-
forum generum fiant ani-
mantibus ; spiritus , sales ,
olea , & alia multa conci-
piantur in apta materia ; &
magnam esse aeris , & eo-
rum , quæ aeri permiscen-
tur , aut per aera excurrunt
in omnibus ferè fermenta-
tionibus , & permutationi-
bus usum . Neque addam

ex

ex his, quædam penetrare
 cuncta, quæ sunt; & poros
 sibi invenire aptos, quibus
 omnia pervadant: ac in ge-
 neratione metallorum mul-
 ta concurrere ex his, quæ
 per aera feruntur; & saxa,
 ac terræ viscera permeant;
 non minùs, ac certò scimus
 ex his quæ in aere moven-
 tur, & in aere fiunt, quædam
 metalla corrumpi: hæc sci-
 licet, & alia multa omittam;
 cum quia in præsentī non
 vacat; tūm nè longiori epi-
 stola humanitatem tuam te-
 dio afficiam. Attamen omit-
 tere nolui ea, quæ alios ad
 hæc curiosius observanda
 excitare potuissent; & hoc
 obsequii erga te mei, & de-
 voti animi extare volui do-
 cumentum. Vale vir Illus-
 tris-

triffime, & ut me ames, &
me foveas enixè rogo. Data
Romæ idibus Decembris
M. DC. LXXX.

Dominat. tuæ Illustriffimæ
atque Reuerendiss.

Dum è Capitolio descen-
dimus in forum boarium,
octo spectantur columnæ in
quibus similia observantur.

Addictissimus servus

L. A. P.

DIS.

DISSERTATIO LOGICA.

SAepe cogitanti mihi unde Philosophorum, & Medicorum dissensiones ortum habeant, ea potissimum occurrunt; quæ Claudius docuit Galenus Pergamenus libro primo methodi medendi capite quarto: scilicet plerofque, qui rationales se se dixerunt, non fuisse meditationes suas, ac scientiarum inventiones ab iisdem principiis auspicas; sed multa supponentes, quæ fortè ab aliis negarentur, in contrarias tandem abiisse sententias. Cumque hi proceres fuerint, & antesignani,

ni, quos reliqui homines sequuti sunt, in discrepantes quoque partes, & in sectas varias vulgus divisum est; adeò ut præter vanas quaestiones, & inutiles altercationes, vix nunc apud nonnullos boni, compertique aliquid reperire valeamus. Debuissent autem illi si aultas jam posteris suis disciplinas tradere voluissent, ab uno aliquo, de quo inter omnes homines conveniret, exordiri; dehinc secundum, tertium, atque quartum, & sic deinceps alia adiacere; donec ad id quod ab initio propositum erat, perventum fuisset. Si quidem, siue nosmetipsos, siue alios in quacunque rerum inquisitione versati docere velimus, neces-

ces.

cessario aliquid assumendum nobis est, ex quo nostra inchoetur oratio; & per quod quidquid deinde dicitur, demonstretur. Quod ubi semel factum, constantes esse in assumpto principio, & ad ea, quæ ab illo ritè consequuntur, diligenter inspicere debemus. Qua ratione etiam si plures philosopharentur, eadem tamen semper essent omnium inventiones, eadem conclusiones: vix fortè mutato ordine.

His similia conquestus Galenus exemplum adducit trianguli rectanguli latera habentis circà rectum angulum alterum quinque, alterum duodecim; atque ideo aream æqualem 30. mensuris.

ris . Quod constat tum ex eo, quod quinque in 12 magnitudinem creant æqualem 60 mensuris, tum ex eo quod prius demonstratum est omne triangulum dimidium esse ejus, quod sub altitudine, & basi continetur . Quæ demonstrationes ab aliis dependent, & illæ ab aliis, donec perducamur ad prima matheseos principia : quæ cunctis hominibus æquè sūt manifesta ; & ut sunt indemonstrabilia, ita quoque demonstratione non indigent ; quoniam ex se fidem faciūt . Si igitur, inquit Galenus , *Medici omnes de medendi methodo sic dicere aliquid instituisent, prorsus sicuti inter Arithmeticos, Geometras, & Logisticos, ita inter ipsos con-*
ve-

venisset : quippe apud illos
discere ab ipso statim initio li-
cet, quid quoque nomine, quo
usuri sunt significetur, quas
præterea propositiones inde-
monstrabiles, quæ axiomata
vocantur, ad disceptationem
sint sumpturi. Postmodum
nulla apud Mathematicos
conclusio est, quæ non ad
assumpta principia refera-
tur; nulla, quæ non in as-
sumptis principiis contineatur.
Ac si homines rerum
mathematicarum prorsus igna-
ri iisdem nunc utantur prin-
cipiis, quibus usi sunt ma-
thematici, qui hætenus fue-
runt, nihil omnino contra-
rium his, sed eadem, quæ
jam sunt inventa inveniunt,
mutato fortè ordine.
Axiomata verò, sive di-
gui-

gnitates, & communes opinionones, ut vocat Aristoteles lib. 3. metaphis. tex. 4. & 5. & à Galeno loco cit. communitates dicuntur, cuicunque hominum apprimè necessariae sunt; nam omni in-
scientia, omni arte, omnive disciplina dignitatum, & communiū opinionum usus est maximus: ut jure sanè merito à sapientioribus, & ab Aristotele cit. loco communes hominum opinionones, eas scilicet in quibus cuncti homines conveniunt, principia demonstrativa appellentur rerum omnium, quæ ab homine inveniri possunt. At disertissimus Plato tanti fecit communes opinionones! tanti fecit axiomata! ut ex hac una potissimum causa

existimaverit (quod tamen
 probandum non est.) homi-
 nes universos studiis qui-
 buseunque, improbisque la-
 boribus , & industria nihil
 unquam novi addiscere; ve-
 rum recordari tantum eo-
 rum, quæ priusquam corpo-
 ribus inderentur, animæ scie-
 bant. Enim verò una cum
 aliis multis credidit Plato
 opiniones , quæ habemus
 communes minime esse ac-
 quisitas; sed unumquemque
 nasci illas benè ab ipsa na-
 tura edoctum. Cumque
 omne, quod homini post or-
 tum innotescit in communi-
 bus comprehendatur opi-
 nionibus, quæ sunt veluti
 præmissæ infinitas sub se
 continentes conclusiones ,
 visum est illi, studiis nullam
 novam scientiam acquirere

H ho-

homines; verumtamen recordari nonnullarum ex veritatibus, quæ in scientia communium opinionum, qua cum nascimur, continentur. Atque hujus placiti documentum in Phædone est: *quod si homines rectè interrogentur, ipsi omnia quemadmodum sunt respondent. Atqui nunquam id facere possent, nisi inesset ipsis scientia, rectaque ratio. Deinde si quis eos ad geometricas figuras, descriptionesque, vel simile aliquid converterit; ibi manifestè comperiet, ita id se habere.* Hæc Plato: quæ confirmari videntur à Renato des Cartes asserente, locum non memini, animas hominum æquales esse ad percipiendum omnia; ratione tamen occasionum, quæ semper
ex-

eadem non sunt; & ratione
differentiæ organorum, qui-
bus corpora constructa sunt,
alias citius, alias tardius
quæcunque percipimus per-
cipere.

Coeterum licet hæc ma-
jori ex parte verissima cen-
feri possint; homini tamen,
ut satis excultus animo sit,
non sufficere existimo, uni-
versalia, & communia scien-
tiarum principia. Oportet
enim non raro ad particula-
ria descendere, & singula-
rem alicujus rei nobis scien-
tiam comparare. Quod non
fit nisi assumpto etiam pe-
culiari, & proprio aliquo
quæsitæ rei principio. Sed
non inficiabor ingenium ex-
colendi, & exercendi gratia
posse nos arbitrato nostro
quæcunque velimus deter-

H 2 mi-

minare, & cujuscunque speculationis, quod lubet statuere principium; atque inde quænam consequantur investigare. Quod si ea, quæ inveniuntur, consona fuerint, tum ei, quod sumpsimus, hypothefi scilicet prius factæ; tum scientiarum dignitatibus, hoc est propositionibus per se notis, & communibus hominum opinionibus, tunc affirmare poterimus rectè nos fuisse speculatos. Si quid verò consequatur, quod, vel repugnet axiomati alicui, vel sit contra hypothefim, tunc certi esse possumus de fallacia aliqua nostrarum cogitationum. Exemplo rem expediam: etiam si nullum habeamus circulum, ut ingenium exerceamus possumus assu-

assumere, ac mente concipere figuram aliquam rudelicet descriptam baculo esse circulum; & tanquam si revera circulus esset, quænam ex hoc consequantur contemplari: eritque assumpta hypothesis unum ex principiis nostrarum, tum speculationum, tum inventionum. Simili pacto in corporibus animalium supponere possumus præcipuum glandularum usum esse munire, ac fulcire vasa, ne disrumpantur; bilem, quæ in cisti fellea est sanguinis esse excrementum in hepate geniti; humores veluti stagnare in vasis; & aliquando putrefieri, vel intra venas, vel extra; & hinc deducere in priori casu fieri febres continuas; in secundo febres

H 3 fie-

fieri intermittentes; sic & alia multa arbitrio nostro supponere, ac pro febre quidquid magis placuerit accipere poterimus. Suppositis autem quibuscunque tanquam principiis multa equidem dignè quærere, multa & non sine laude invenire possumus. Semper tamen in his omnibus, similibusque meminisse oportet, nos ex hypothesi fuisse locutos non ex ipsa rerum essentia. Nanque si scientiam modo, quo dictum est, comparatam usu comprobare velimus, sæpè frustra conceptos sperabimus eventus; speculationibusque sæpe res minimè respondebunt. Si pro circulo rudi sumpsimus figuram descriptam baculo frustra quæremus applicatas
dia-

diametro, quæ mediæ sint
inter segmenta ejusdem dia-
metri ! frustra sperabimus
ex hujus figuræ circa diame-
trum revolutione sphaeram
creari ! Vt hæc fiant, oportet
circulum, quem fuimus
imaginati, aut similem ha-
bere ; non figuram, quam
posuimus pro circulo, cum
re vera circulus non esset !
Vt usus sit scientiæ deductæ
ex principiis, ut lubuit posi-
tis de homine, necessum est
talem habere hominem,
qualem supposuimus. Quan-
doquidem homini, cujus bi-
lis non sit excrementum, cu-
jus glandulæ multò sanè no-
biliorem usum præstent,
quàm si culcitra, sive pulvi-
nar essent ; homini cujus hu-
mores perpetuò in circulum
agantur, non eveniunt, quæ

re-

recta licet usi ratione even-
tura, ac futura prædiximus
homini supposito. Et pro-
fectò omne erratum ex falsa
nascitur hypothesi; & om-
nis hominis deceptio est
huic similis, qua credere
quis potest ex quinario in
binarium fieri quindecim;
quoniam sumpsit binarium
pro ternario. Sed propterea
nequaquam binarium fac-
tum est ternarium! Non
quia ponimus hominem non
habere nasum, homini, qui
in rerum natura est, decedit
continuò nasus; fitque ho-
mo non habens nasum! Pro-
cul dubio remanent res, uti
stetissent, si nulla unquam
de illis facta fuisset hypo-
thesis: Quamobrem si non
idcirco philosophamur, ut
ingenium tantummodo ex-
ercea-

erreamus; verum etiam ut speculationum, & inventionum nostrarum aliquis sit usus, deducendæ illæ sunt tum ab uniuersalibus scientiarum principiis communibus hominum opinionibus; tum ex peculiari non ficto principio, non ficta hypothesi; sed quæ sit secundum rei naturam, quam indagandam suscepimus. Atque idem meo quidem iudicio summè custodienda, atque promovenda est rerum omnium historia sive civilium, sive bellicarum, sive physicarum, sive aliarum quarumcunque rerum, utcunque observatarum. Etenim cum vel ipsa natura universalis nos edoceat, observatarum rerum historia particularis nobis præbet principia unicui-

cuique scientiæ propria ;
 quibus adjuti pleraque, quæ
 nobis occulta erant, digno-
 scere valeamus . Ac si quid
 hac methodo in secretiori
 nature scrinio adhuc abscon-
 ditum remanet, aptiores ta-
 men , ac magis idonei sem-
 per erimus ad hypotheses
 universaliores, & quantò mi-
 nùs fieri potest, absurdas de
 rebus confingendas . Atque
 hujus omnino sententiæ ex
 Phœbi nepotibus fuisse vi-
 detur Hippocrates Cuius tùm
 alibi, non principiò libri de
 iis , quæ in officina medici :
 ubi totius artis commune
 procœmium exhibuit paucis-
 simis verbis primas , quas
 dicunt institutiones compre-
 hendens ; ut Galenus in
 commentario affirmat ; re-
 censet enim Hippocrates ,
 quæ

quæ medico consideranda
sint, ut morbum cognoscat,
& remedium inveniat. In-
quit autem: *aut similia, aut
dissimilia; principio à ma-
ximis; à facillimis; ab his,
quæ undequaque penitus co-
gnoscentur; quæ & videre;
& tangere, & audire licet:
quæ & visu, & tactu, & au-
ditu; & naribus, & lingua,
& intelligentia sentire licet:
quæ, & quibus cognoscuntur
omnibus cognoscere licet. Hoc
est; observationibus quibus-
cunque circa rem quacun-
que quæsitam in catalogum
relatis; iisdemq; positis tan-
quam principiis peculiari-
bus, quibus reliqua singula-
ria investigentur, atque pro-
bentur; recta dehinc si me-
dici utantur ratione, mentis
si utantur acumine de mor-
bi*

bi natura, ac medendi methodo, remediisque decernere poterunt: sin minus; nunquam rem acu tangent. Placuit tamen mihi, quæ arctius ab Hippocrate pronunciantur via universaliori, ac generaliori disciplinas omnes complectente exposuisse; ut quam logica ipse utar in omnibus meis lucubrationibus, manifestum facerem; atque etiam, ut breviter ostenderem in his omnibus me Hippocratem, Cartesium, Platonem, Aristotelem, Galenum, aliosque præclarissimos viros, semper, & constantè imitari. Atque ausim affirmare *nullum plane esse inventum*; quod hac via non sit inventum; ac nullum nisi hac methodo disciplinas habuisse incrementum.

F I N I S.

EPISTOLA
DE FONTIVM,

Atque fluminum
origine

Ad Illustrissimum, & Reue-
rendissimum Dominum

D. ANDREAM
DE AQUINO

Olim Episcopum Tri-
caricen.

Autore Urbano Davisio.

Illust. & Rev. Domine.

Dominus Lucas Anto-
nius Portius vir pla-
ne illius Philosophiae stu-
dio-

diosus, quæ ab experimen-
 tis suum esse cognoscit, &
 Nominis tui observantissi-
 mus, opusculo de admiran-
 dis quibusdam fontibus à
 Plinio descriptis, dum ratio-
 nes exponit eius fontis, qui
 cum maris æstu crescit, mi-
 nuiturque, inquit id ex parte
 dependere à maiori aqua-
 rum salfarum maris specifi-
 ca gravitate respectu ad
 aquarum dulcium gravita-
 tem; & hac occasione hone-
 stam mei mentionem fecit.
 Ego enim in quadam Epis-
 tola ad eruditum Virum
 Geminianum Montanarium
 circa Fontium, Fluminum-
 que originem, quæ typis
 mandata est anno 1666, hac
 aquarum salfarum maiori
 gravitate usus sum ad didu-
 cen.

cēdas aquas ad montiū ca-
 cumina. Cumque illius Epi-
 stolæ defint exemplaria, de-
 creui summam eorum, quæ
 tunc dixeram, rescribere; &
 obiectionibus quibusdam
 satisfacere, & hæc omnia
 tuo nomini consecrare Vir
 Illustrissime prudentia, an-
 tiquiorum morum gravita-
 te, doctrina, & humanitate
 suspiciende. Atque cuncta
 omittam, quæ ab aliis fusè
 explicata sunt circa hoc idē
 argumentum, utpotè quæ ti-
 bi, in lectione voluminum
 eruditissimorum virorum
 versatissimo, sint nota. Hoc
 solum dicam, quod per dis-
 tillationes, hanc Fontium
 perennitatē demonstrari pos-
 se putabam, tum aliis ratio-
 nibus, tum quia, ut in alia,

siop

I 2

Epi.

Epistola ad Dominum Io:
Baptistam Capponum in
studio Bononiensi Lectorem
directa circa Meteora, exi-
stimavi melius, & aptius
Ignis Elementum in centro
Terraë, quam in concavo
Lunæ collocari; Ex cuius
calore; non solum Planta-
rum, Metallorumque pro-
ductiones, ob humorum fer-
mentationes aptissime expli-
cari possent; sed etiam in-
finitis evaporationibus ad
montium cacumina delatis,
illas aquarum congeries
congregari, quæ fontium
fluminumque perennem ef-
ficerent fluxum; quem ad
terram irrigandam quotidie
videmus emanare. Sed in
hoc invento minime acquie-
scebam. Primo quidam
quia

quia hæc immensa amplitudo receptaculorum non probabatur . Secundo quia numquam legeram aliquem, vel unum ex tantis reperisse . Et ultimo quia novoram Serenissimum Ferdinandum Secundum Magnum, Hetruriæ Ducem, qui circa hoc Problema multum desudaverat secando montes, semper aquarum venas ascendere, & non descendere reperisse . Vnde desperans me ad hujus Problematis captionem perventurum, amplius circa illud cogitandum fore non duxi. Quando repente sacram perlegendo Bibliam in primo Cap. libri Ecclesiastes in hæc incidi verba . *Omnia flumina intrant in mare, & mare non*

*redundat, ad locum, unde
 exeunt flumina, revertuntur;
 ut iterum fluant. Quæ ita
 mihi sunt visa fontium ori-
 ginem clarissime demonstra-
 re, ut solum indigerent dicti
 introitus, & exitus modum,
 esse declarandum. Ad quæ
 reflectendo, inter specula-
 tiones, quæ circa gravita-
 tem fluidorum intercedunt,
 subvenit mihi, quod navis
 onusta minus descendit in
 aqua marina, quam in aqua
 dulci: Vnde ut assequerer
 differentiam, quæ intercedit
 inter dictas aquas, animum
 apposui; Et assumpto Si-
 phone vitreo, cuius diame-
 ter esset latitudinis unius
 uncia, & longitudinis unius-
 cujusque brachiorum duo-
 rum pedum cum dimidio,
 in-*

infudi prius tantum aquæ
 salitæ in illo, ut eius me-
 dietatem repleret, postea
 superinieci aquam puram,
 usque adeo aqua salita per
 alterum brachium ascende-
 ret; Et observavi, quod
 dum aqua dulcis pervenit
 ad summum dicti Siphonis,
 tunc aqua salita deficiebat
 ab ipsa libella spatium qua-
 tuor digitorum, quæ æqua-
 bat proportionem, quæ in-
 tercedit inter octo, & no-
 uē. Quo facto cognoui quod
 falsedo aquæ marinæ, id
 est compositi aquæ, & salis,
 qui est species quædam sub-
 stantiæ terrenæ grauior ip-
 sa aqua, esset causa efficiens
 productionum Fontium, &
 Fluminum.

Supposito enim mare esse

libelli I 4 quod-

quoddam vas amplum latitudinis magnæ, sed non infinitæ: certum est, quod quando plenum fuerit aqua, si alia superinducatur, excedet eius altitudinis terminos: nisi quis sub eius fundo foramen apposuerit tantæ amplitudinis, ut ex illo effluat eadem quâtitas aquæ quæ desuper inducta fuerit. His positis observare possumus continuo, & perpetuo in mare tam multa se exonerare flumina, ut si omnia simul essent unita, efficerent aliud vas amplissimum aquæ dulcis; & tamen *mare non redundat*. Vnde necesse habemus affirmare, quod sub fundo maris detur exitus æqualis in quantitate aquis fluminum, quæ perpetuo in
illud

illud influunt ; quem facile
 inueniemus , si considerabi-
 mus, quod aquæ maris, dum
 descendunt sub eius fundo ,
 aut penetrant totum terre-
 stre globum diametraliter ,
 quod non probatur, aut post-
 quam descenderint per ali-
 quod spatium sub terra dicti
 fundi arenosa, & friabili, in-
 cidāt in aliam maioris con-
 sistentiæ, velut marmorum,
 in quā impingentes, nec eam
 penetrare valentes, per lineā
 perpendicularem , & desu-
 per ab aqua maris pressæ ,
 cogantur angulum facere, &
 percurrere lineam horizon-
 tali paralellam , eo usque
 pervenerint ad terminū , su-
 per quem maris aqua non
 incumbit & tunc cū ex par-
 te maris sint gravatæ ab eius

I 5 aqua,

aqua, & ex altera parte nihil
eis opponatur, sublevabun-
tur inter spatia vacua, quæ
intercedunt inter partes ter-
ræ, & ascendent per illa, us-
que dum perveniāt ad illam
lineam, quæ tranſit per ſu-
perficiem ipſius maris. Quæ
aqua, ſi eſſet ejuſdem gravi-
tatis dictæ aquæ maris, in
dicta conſiſteret linea. Sed
cum ſal ſit quædam terræ
ſpecies, quæ unitur quidem
aquæ, & cum ipſa efficit cer-
tum corpus, ſed eſt ſepara-
bilis ab ipſa, ut in diſtilla-
tionibus experimur, in qui-
bus aqua exhalatur, & ſal
remanet in vaſis fundo: Ita
etiam fieri poterit dicta ſe-
paratio per iugem filtra-
tionem, ſcilicet tranſeundo di-
ctam aquam ſalitam per ter-
ræ

ræ diversas species, in quibus remaneat sal, & tunc ipsa aqua posita in minore proportionē gravitatis respectu maris, premitur ab hac, & sublevatur supra altitudinem superficiei maris, usque ad eam quantitatem, quam diximus intercedere inter aquam dulcem, & salinam, vel ad qualemcumque aliam quantitatem; Et si incidit sub montium fundamentis, per illorum se conducentes fixuras ad verticem perveniens, per eorum superficiem dilabitur, & unione multorum rivulorum efficit flumina, quæ denuo ad mare se conferunt; Vbi iterum se sali miscens, efficitur grauior, ad extrudendam inferiorem sale nudatam, &

efficere hanc circulationem,
tam necessariam ad huius
mundi conservationem. In
quo admiremur summam
creatoris sapientiam, dum
tam faciliter, respectu nos-
tram intelligentiam, perfe-
cerit istam circulationem,
idest miscendo salem cum
aqua maris, ut grauior effe-
cta quam pura, cogeret hanc
transire per terræ venas; ibi-
que spoliata sale, & levior
cōstituta, ascēdere per mon-
tium altitudines, qui forsan
ad hunc effectum constituti
sunt: & denuo ad mare con-
fluat, postquam irrigaverit
eiusdem terræ superficiem
aridam, & reddiderit aptam
ad generationes herbarum,
& plantarum, animalium
potum, & ad navigationem,

cx

ex qua hominum commercium exurgit.

Verum superest nunc mihi quibusdam obiectionibus satisfacere viri quidem non mediocris eruditionis. Quarum prima fuit Aquam maris non habere ad dulcem, quam dixi proportionē scilicet ut octo ad novē, sed eam esse sicut 49 ad 50. Secunda, quod altitudines montium essent nimis excelsæ; & ideo non posse aquam ea proportionē, minus gravem ad tantam exurgere elevationem; Et pro confirmatione dicti assumpti affert Picum montem in Tenariffa, una ex insulis Canarijs, esse altitudinis quatuor milliarium cum dimidio; Et ideo ut vera esset dicta

dicta mea demonstratio, necesse foret aquam descendere plusquam ducenta vigintiquinque milliaria, & quadringenta passus, ut postea potuisset se extollere, supra dictum montem: ob quod, vel impossibilis, vel perdifficillima dicta foret demonstratio. Tertia, quod si in fundo dicti Siphonis separaretur sal ab aqua, tandem aqua maris dulcis evaderet. Quarto quod cum in dicta Epistola ego dixissem nos debere imaginari quemdam Siphonem habere unum caput in mari, & aliud in montium cacuminibus, & in fundo dicti Siphonis fieri separationem salis ab aqua, absque eo, quod huius effectus reddi-

de-

derim rationes, dicit quod
si ego velim omnia cum in-
tellectu confingere, omnes
demonstrationes mihi facil-
limas evasuras.

Quæ objectiones licet nihil
dictam meam pervertant de-
monstrationem, tamen quia
ex earum explanatione ista
magis dilucidata remanebit,
ab hac ultima incipiendo,
dico numquam me in tam
magnam incidisse admira-
tionem, cum quando hanc
legi oppositionem. Enim-
vero Ego supposui, tum ve-
risimilia, tum possibilia, tum
quæ captu facilia essent;
quin imo, quæ omnino con-
cedi debeât: Terram scilicet
pluribus in locis esse bibu-
lam; & maris aquas pene-
trare eiusdem viscera; & ca-
vita.

vitates reperiri in montibus:
 quæ quidam supponi debent
 à quocumque, qui de his lo-
 qui velit; & in quacumque
 hypothesi; ut supponuntur
 ab eodem scriptore: licet ip-
 se quædam alia supponat,
 quæ concipi minime pos-
 sunt. Vt autem explicem
 meum dictum Respondeo,
 quod quando dixi nos de-
 bere imaginari Siphonem,
 &c. posui dictum verbum
 pro considerare, sicut, licet
 non videamus ductus fon-
 tium, qui sub terra extant,
 plumbeos, vel terreos, ta-
 men supponimus illos, &
 non imaginatione confingi-
 mus. At ego cum suppo-
 nam aquam maris transire
 per viscera terræ, & ad mon-
 tium cacumina pervenire,
 cer-

certum est hunc transitum
non posse perfici, nisi tran-
seat per aliquos meatus sub-
terraneos; & ideo à nobis
non nisi imaginatione sup-
ponendos, sed cum certa &
indubitata ratione, quod
non posset dici de suo orbe
terrestri, & vere suo dum
totum in suo intellectu ha-
buit esse.

Vt autem aliis oppositio-
nibus satisfaciam, & circa
primam. Quod aqua salita
ad dulcem eam proportio-
nem non habeat, quam dixi,
scilicet, ut octo ad novem,
sed habere ut 49 ad 50. Res-
pondeo, quod potuerit ac-
cidere me sumpsisse aquam
magis salitam, quam mari-
na, dum dictum experi-
mentum feci, cum mihi non
fuis-

fuiſſet copia dictæ aquæ mar-
 rinæ, ſicut ipſi, qui ad litus
 maris ipſum fecit experi-
 mentum. Sed hoc nihil con-
 tra dictam facit demonſtra-
 tionem; quia ſi cum dicta
 proportione dicebā aquam
 maris ſub terra deſcendere
 per octo milliaria; ut poſtea
 ſale exuta aſcenderet no-
 vem, ideſt uno plus ſuper
 maris lineam horizontalem.
 Attenta dicta ſua propor-
 tione, dicam, aquam deſcen-
 ſuram milliaria 49, ut ſale
 deſposito aſſurgere poſſit ad
 quinquaginta. Et hoc non
 debet illi ſaſtidium ingere-
 re. Quia in hoc noſtro ter-
 reſtri globo adſunt ſpatia
 multæ profunditatis pro di-
 ctiſ deſcenſu, & aſcenſu, &
 magis, & minùs demonſtra-
 tio-

tionem non vitiant; Et tanto minus, quia montes non assurgunt tot millia ut ipse dicit de suo monte Pico in Canariis; ab eo mensurata per solam suppositionem, quod à Botero dicatur visibilem esse in mari ad sexaginta leucas: quia dictus meus Antagonista in hoc calculo oblitus fuit rescindere à dicta mensura illud, quod addebat angulus refractionis ipsi notissimus, dū alias illi visibiles effecit Solem, & Lunam Eclipsatam. Et ideo cogitur fateri cum cæteris auctoribus, qui tractant de montium altitudinibus, eas non excedere millia duo.

Circa tertiam autem oppositionem, quod si in fundo

do Siphonis separaretur sal
ab aqua, tandem aqua ma-
ris remaneret dulcis, Dico
me huius effectus relinque-
re cognitionem ad Dei om-
nipotentiam, quæ dicto om-
nia perfecit. Mihi solum
sufficit demonstrasse sal na-
turaliter ab aqua separari, li-
cet nec modi defint quibus
explicari possit hæc separa-
tio salis, & aquæ absque eo,
quod totum sal remaneat in
fundo Siphonum, & aqua
maris tandem ad dulcedi-
nem sit perventura. Quo-
rum unum qui mihi cōmo-
dè probatur, ostendam. Sup-
ponendo primo, quod expe-
rientia patet, Sal positum in
fundo alicuius vasis, si aqua
ei superinfundatur, liquefit,
& ascendit per totum corpus
aquæ.

aquæ . Secundo aquam tantam admittere salis quantitatem, ut amplius salis dictæ speciei, qua inbibita est non recipiat; sicut etiam de illo tantum admittat, quantum ad satietatem illi sufficiat. His positis dico aquam maris plenè esse sale imbibitam, si flumina, aquarum dulcium in illud non influerent, ad quæ salienda attrahit ex fundo maris illud sal, quod depositum fuit ab aquis dulcescentibus, quæ transeunt per illos meatus, in quibus sal ab aqua separatur . Et ideo sal non in fundo maris remanet, sed per universam dispergitur aquæ molem . Quibus maxime teneor dicto Auctori; quia cum tantum has attulerit

lerit objectiones, quæ nihil
officiunt dictæ meæ demon-
strationi : & quod acumen
illius intellectus, si dicta de-
monstratio non existeret a
parte rei vera, alias validis-
simas objectiones produxif-
set ad illius falsitatem de-
monstrandam. Et ex alia
parte viderim alios viros
eruditissimos recepisse illam
pro concludenti; Lætor me
invenisse modum facilem,
& demonstratum ad dictam
circulationem perficiendam,
& adhuc ab aliis auctori-
bus; quos sciam, non alla-
tum.


Hoc solum restat, ut apud
te Illustrissime Præsul talis
appareat: Quia tunc firmi-
ter credam me male non
ratiocinasse; Certus de per-
spi-

spicacitate tui intellectus
demonstrationibus mathe-
maticis, ad ingeniorum Ly-
dium lapidem, assuetum.
Vale Data Romæ ex ædibus
nostris die prima Novem-
bris 1680.

Illustris. & Reuerendissimæ
Dominationis Tuæ.

Addictissimus Seruus

Urbanus Davisius.



INDEX

A.

- A**bstinentia fol. 51.52
 Acidum non est rem-
 tum ab amaro, vel dulci.
 fol. 72
 Aciditatis sensatio molesta.
 fol. 112
 Acrimonia, & intemperantia
 multiplices. 85
 Aegroti leduntur à cibis sano-
 rum. 41. grauissimè affi-
 ciuntur si ex ea parte pec-
 cent ex qua agrotant. 55.
 agrotis saepe profunt fortis-
 sima, & excedentia. 68
 Aer compressus impellit aquas
 144. magnus eiusdem usus
 in fermentationibus, & per-
 mutationibus. 162
 Aegyptus aliquid habet, quod
 non est, in aliis locis. 141
 Amarum non est omnibus a-
 marum. 73

K

An-

Antiqui putauerunt calidum
non ledere. 62

Anxietas à bile. 87

Aque copiosiores, & parciores
in fontibus 124. earum va-
ria altitudo. 123

Argentum. 150

Aurum. 151

Axiomata in omni disciplina
usum habent. 170

B.

Barbarea gentes. 34

Bilis vitia ; morbi. 87

Bruta animantia naturæ edo-
centur necessitate. 24

Bulle ab iis, quæ refrigerant. 75

C.

Calidum cur nam aliquid
dicatur. 64. 78. 79. non
est remotum à frigido. 72.
non est omnibus calidum
73. non datur quicquam in
se calidum 69. non est re-
medium, neque causa mor-
borum 58. sapissime nihil

re-

*refert calidum, an frigidum
 fit id quod sumitur 72. ca-
 lida, quæ dicuntur oppositas
 vires habent. Calida non
 iuuant, aut nocent quia ca-
 lida. 62*
*Caliditas, & frigiditas mini-
 me omnium potentes in ho-
 mine. 72*
*Calefactio tollit refrigeratio-
 nem 82. non suscipit conco-
 tionem, aut maturationē. 90*
*Caseus, aliis utilis, aliis no-
 xius. 94. 95*
*Causa levis, & potens nimis
 respectiue 55, quæ causæ a-
 licuius dici debent. 87*
*Ciborum inuentiones 29. ma-
 gnum inuentum panis, &
 vini 30. cibus intempesti-
 uus 49. 51. cibus sanorum
 nocet agrotantibus 41. qui
 prodest huic, nocet alteri.
 fol. 38. 39*
Cognitio rerum relatiua, &
K 2 non

non relatiua .	99
Cognitiones rerum ut cogno- scuntur .	112
Columna in porticu Diua Ma- riae ad martyres 152. in foro boario .	164
Conclufiones eadem ab iisdem principiis .	167
Communes hominum Opinio- ne , quae	169. 170
Comparata ad hominem .	98
Concoctum uni non est omni- bus concoctum .	89
Consuetudo aliam inducit na- turam .	28
Corporum varia est neceffitas. 47. 48. 49. 39. non laedun- tur notabiliter à leuiffima caufa 53. quando repleta magis fint replenda 52. cor- pora tum variè poffunt af- ficere fensum , tum alia multa præftant .	78

D D.
Ebilia faepe minime
ju-

juvant .	42
Decipiunt nonnulli, quia decipiuntur .	75
Detractio à quantitate .	35
Difficile est assequi rectissimum .	55
Dignitates, siue axiomata .	
fol.	170
Diffensiones Philosophorum, & medicorum .	165
Dolori nihil simile extra sensum .	101
Dolorificum, & calidum non quia talia nocent, aut juvant .	E. 62
E Adem causa non producit eadem in bis, quae eadem non sunt .	110
Experientia cognoscuntur rerum necessitates .	99
Ex eo quod aliquod sit dolorificum, vel calorificum nihil infertur, nisi quod sit dolorificum .	102
Erysipelata .	86

Febbris non consistit in calido, neque in frigido 76. citò, & facillime sanaretur si in his consisteret 77. remedium ipsius non est neque calidum, neque frigidum. 77

Ferrum male definitur ex eo, quod incidere possit 79. ferri generatio. 149

Figura eorum, quæ sub sensum non cadunt concipienda 111. figura, motuque diverso multa sunt diversa 109. figura quæ in sensu est aliquid simile habet extra sensum 102. figurarum scientia utilis 103. figura vitia faciunt morbos. fol. 103. 111

Flatus à cibo intempestivo 49. differunt inter se 109. ratione loci 110. comprimere possunt vasa, nervos. 110

Flu-

Fluxu refluxuque maris font
 tes adauſti, vel diminuti .
 fol. 142. 144
 Fons anapavomenon 122. cer
 tis temporibus fundens ca
 lidas. certis frigidas 134.
 Plinii junioris 126. in De
 lo. 141. in Tenedo 137. ex
 fluxu maris creſcens. 144
 Fortiſſimum quid 63. fortia
 aliquando iuvant. 42
 Frigidum non eſt omnibus fri
 gidum 73. neque equaliter
 74. non eſt remedium mor
 borum 58. nihil eſt in ſe
 frigidum 69. quæ dicuntur
 frigida alias vires habent,
 & ſepe oppoſitas 70. ſepe
 nihil refert frigidum, an
 calidum ſit, quod ſumitur. 72
 G.
G Ravedo, & fluxus ad
 nares ab eo, quod frige
 facit, & ab eo, quod cale
 facit. 81

K 4

Geo.

Geometria utilis, animum
acuit. H. 103

Hippocrates non est au-
tor omnium quæ sibi as-
cribuntur 4. 9. plures dicti
sunt Hippocrates 4. 5. mul-
ta adjecta operibus illius;
multa corrupta 8. 9. Demo-
criti discipulus; cuius est li-
ber de Veteri medicina. 11

Historia rerum omnium cus-
todienda. 180

Homo primum usus est victu
brutorum 26. descendit à
brutorum victu, & quare
27. ex se se fit frigidus, fit
calidus in sensu 73. minus
appetit in quibusdam mor-
bis 36. Homini propter con-
suetudinem alia sunt magis
minusve gravia 27. insunt
ipsi omnes potentia. 65

Humorum nimia rarefactione
varia sunt in variis par-
tibus. 199

Hy-

Hypotheses quamam sint va-
na 57. debent explicare, &
comprehendere omnia 80.
debent attingere rerum na-
turam 176. 99. 100. hy-
pothesi circa figuram multa
possunt recte concludi. 103

I.

Ignis morbos facit, qui non
sanantur frigido 83. me-
diocris, aut magna vis. 53
ignem relative cognoscere
non est cognoscere ignem. 100
Ignavi ultimi veritates am-
plectuntur; sunt saepe mali-
gni. 116. 117
Imbecillis. 100. 117
Impotentia a bile. 87
Inappetentia a bile. 87
Impossibile est imperare ali-
quid in se calidum. 70
Intempestiva evacuation; som-
nus, quies. 47
In pane, qua sint quarendae.
fol. 60

Inep-

Ineptia est reducere omnia,
qua igne sunt ad id quod
calefacere possit. 79

Intemperantia, & acrimonia
multiplices. 85

Iuvantia, & nocentia dant
indicia eorum, quae conve-
niunt. 56

Inopis fons cum nilo crescens.

fol. 2. 139. 141

L.

L Astitudo moralis est in
omnibus rebus. 53

Laxior alius à cibo intempe-
stivo. 49

Liber de veteri medicina cu-
jusnam Hippocratis 12. cur
hic posthabitus 13. continet
optimam medicina institu-
tionem 14. sapit Democriti
doctrinam. 11

M.

M Ala quae sunt ab igne
non sanantur refrige-
rantibus. 84

Ma-

*Maris major altitudo, quid
 in fontibus faciat. 144*
Mathematicorū Logica. 168
*Maturatio 85. dicitur multi-
 pliciter. 88*
*Medicus debet afficere idio-
 tarum intelligentiam 19.*
similis navis gubernatori
*45. qui minus errat maxi-
 me laudandus 44. malè in-
 quit hoc est calidum hoc est
 frigidum 69. 70. prudens
 non expectat magnas mu-
 tationes 56. rectissimus non
 datur 92. saepe damnat id
 quod utile est, & è contra
 97. 98. quid cognoscere de-
 beat 93. Medici antiquio-
 res vulneribus, & ulceri-
 bus tantum medebantur. 34*
*Medicina non indiget vana
 hypothesis 16. nullum incre-
 mentum habuit hypothesis
 21. principium habet 22.
 ex necessitate orta est 30.*
sa-

sanorum, & agrotantium
ab eodem principio 35. nullo
alio principio nisi potest
18. deo ascripta. 61
Metalla. 147.
Morbi, sæpè enecant propter
imperitiam medicorum 46.
qui citò non sanantur non
conssunt in calido, aut
frigido. 77
Multa dicuntur non qualia
sunt, sed qualia faciunt. 91
Mutabilitas corporum facit
morbos. 97

N.

Natura facile mobiles
 54. hominum differunt
 96. natura sæpè disposita
 sunt quæ arte disponi pos-
 sunt. 116
 Necessitas naturæ, quid sit
 22. 26. 49. 52. reperit me-
 dicinam 23. cibi, & potus
 tempore congruo 48. 49.
 50. mutatur 43. 49. 50.
 ne-

necessitates cognoscuntur
experientia . 25
Nili intumescencia . 139
Non est in se hoc calidum, hoc
frigidum, hoc viride 69.
70.
Nocentia, & iuvantia docent
quid conveniat . 56
Nullus cognovit quomodo om-
nia gerantur in musca . 93
Numerorum scientia utilis .
fol. 103
P. 104
P *Anis inventum magnum*
32. qui bonus, qui ma-
lus . 60
Partes corporis mutabiles .
fol. 110. 111
Philosophorum, & medicorum
diffentiones . 165
Potentia rerum in quibus con-
sistunt . 112
Pulmones . 106. 107. 108
Potus intempestivus . 48
Putridum non est putridum
om-

R.

Rationes eiusdem ad diversa non sunt eadem.

fol. 39

Replenda corpora repleta , &

quando . 52

Remedium ex eo, quod non est

remedium . 112

Renes . 106

S.

Sapores non sunt iidem omnibus . 73

Sensus mensura omnium 44.

quædam habet quibus nihil

simile extra sensum . 100.

101.

Sensationes vehementes dant

nomina iis , ex quibus ex-

citantur . 64. 67

Sorbitiores . 36. 37

Sonitui nihil simile extra sen-

sum . 101

Stannum . 149

Sy-

Siphonis retorti effectus. 125.

126. 129.

T.

T *Hessalus.* 7
Temperatum, & tem-
perari. 88. 89

Tormina. 49

Tubi retorti effectus 129. *ap-*
titudo, & dispos. varia.
fol. 125. 126

V.

V *Alidissima.* 63

Vapores adaugent fon-
tium aquas. 138

Vertigines. 49. 50

Vehementes sensationes. 64

Venenum. 54. 112

Vires rerum; vires corporis
viventis. 61

Viride non nutrit, quoniam
viride. 84

Vi-

Vinum aliis utile; aliis inuti-
le. 95

Vocum significationes servan-
da. 91

Ulcera facta ab igne non sa-
nantur refrigeratione. 83

84.

Voluptati nihil simile extra
seusum. 101

Vtile aliquid dicitur respec-
tive. 95

FINIS.